de camphora. Re. camphore. croci xiloaloes. i. ligni aloes. cardamomi. ⁊ girboe. cubebe. cheſiſz. cinami. i. darſeni. gariofi. vſnee. ſpice macis. ſandali albi. macropiperis. cinamomi. capſie ſeitaragi neremiſch. i. roſe afini. ſecacul. i. ſigilli ſancte marie galange. nuciſmuſcate. zinzziberis. ciperi fulfumine. omnium partes equales zuccari ℔tum eſt pondus medicinarum omnium.

¶ Iſtud electuariū nō eſt in vſu. Auic. habet tres deſcriptiones. ⁊ differunt vna ab altera ſed in vſu non ſunt.

¶ Camphora ſm Serap. ⁊ Aui. eſt gūmi arboris. neſcio medicinam in qua plura ſint miracula. nā cū in tertio gradu frigida iudicetur nihil odoratius eſt igniq̄ amicabilius. cito enim inflāmatur ⁊ preclaram flammaz per ſe emittit. que niſi piſilo obtuatur euaneſcit natura ſublimata ſapore acuti cum amaritudine. ⁊ hoc eſt notum.

¶ Girboe. i. elbue. vt ingt Bētilis Aui. in. ij. de elbue capitulū facit ⁊ dicit q̄ eſt vizbue ⁊ eſt ſubtilior q̄ chacula. i. cardamomum vſuale vel cardamomi ſpecies. nos loco eius ponimus grana paradiſi. i. melegetam.

¶ Fulfumine apud ipſum in ſecūdo eſt radix piperis. Serap. de radice pipis capitulū facit. ⁊ dicit fufulmine idest radix piperis. ⁊ ſic eſt.

Electuarium

de ſtinco. ℞. ſe. ſparagi. ſe. cepe ſe. alrotab. ſe. potri. ſe. baucie. ſe. eruce. ſe. vrtice. granoꝝ viridiū. i. granoꝝ arboris albotin. huius gūmi eſt terbētina. lingue auis. i. ſeis frafini ſiſami excoriati. ſeis raſſant. tuderi vtriuſq̄ amigdalarū. ſ. amararū. pineaꝝ. granoꝝ naſturtij ana. z. iij. zinzziberis. ſecacul. galāge macropipis ana. z. v. cinamomi. nuciſmuſcate. been. vtriuſq̄. ſ. albi ⁊ rubei ana. z. ij. ſtinci. z. v. ſgile aſſate. z. iij. penidiorū quantū pōdus haꝝ oium medicinarum. tere ⁊ cribella. ⁊ confice cum melle diſpumato.

¶ Iſtud electuarium apud nos non eſt in vſu.

Alrotab ſiue rotab idē eſt ſm Simonē Januē. ſunt dactili qui tamar vocant. ſiir ait Matheus ſiluaticus. ſz Raſis in tertio Almanſoris in capitu. de virtutibus fructuū ⁊ pomorum inquit. rotab minus calidi ſunt quaz dactili. ergo rotab non eſt dactilus. Serap. in cap. de dactilis dicit. rotab. i. dactili. ſic generaliter habetur opinio.

Stincus eſt animal de quo Aui. duo capitula facit vnū de guarſi. Aliud de ſtinco qd̄ idē eſt. ⁊ melius quod eſt in ipſo eſt illud qd̄ eſt in parte renū. Dia. ait. ſtincus eſt quod dā animal qd̄ in India inuenitur quadruplex ⁊ ſile lacerte, ſed multo maius ⁊ lōgius ⁊ ventroſius hoc eſt ſatis notum. etiam de ipſo dictum fuit ſupra in diaſatirionis.

Trifera maior

℞. mirabolanoꝝ nigrorum bellericorum. emblicoꝝ. macropiperis. i. longi piperis nigri aā. z. iij. zinzziberis. buzeldē. ſireblengi. capſie inde. i. agricardami agreſtis. ⁊ in deſcriptione alia macis. omnium ana. z. j. tuderi albi. ⁊ rubei lingue auis. ſeminis granati ſiluaſtris. ⁊ eſt aſſe hedenegi. ⁊ granorum alkikil ⁊ eſt perſice. darſiſahan ⁊ ſiſami excoriati. zuccari taberzet omnium ana. z. ij. been albi ⁊ rubei ana. z. ſ. tere ⁊ ſicca per ſe ⁊ inuolue cū butiro ⁊ confice cum melle diſpumato ⁊ fiat.

Trifera grece eſt delicata. hoc apud nos non eſt in vſu. nec credo apud alios. ſed ille deſcriptiōes quibus nos vtimur ſunt ex auctoritate Meſue ac Nicolai. vt apparet in ſuis locis. ſed ſolum iſtam deſcriptionem ſcripſi propter quidam ſimplicia.

Buzeiden ſz Bal. in libro ſecretoꝝ in medicamine ad ſciaticaz exponit qd̄ eſt ſatirion. ⁊ ſic meo iudicio eſt. qd̄ buzeidē eſt ſatirion vel ſpēs eius. nā cap. ſuum reperies in Serapi. ⁊ ibi inquit. buzeiden eſt ſpecies ſatirionis ⁊ ſunt radices dure albe ſimiles been ⁊ ſi ſic eſt verum ego exiſtimo q̄ planta ſit illa que a modernis palma citri vocatur. nam ſine dubio palma ꝓpi eſt ſpēs ſatirionis.

Sireblengi ſm Meſue ſunt emblici infuſi in lacte. naz ipſe domi. Meſue in capitulo proprio de emblicis dicit. modus faciendi ſereemblac infunde emblicos in lacte dulci ⁊ mutetur ſuper eos lac mane ⁊ ſero ⁊ hoc per triduum ⁊ exiſiccent in vento ⁊ in vmbra ⁊ recundantur. Serapio in capitulo de emblicis quaſi in fine ait. quidā medici nominant emblicos ſit emblicos ⁊ hoc ideo quod quando infunduntur in lacte in terra in qua naſcuntur nominantur ſireblici ⁊ ipſi ponunt in lacte.

Semen granati ſiluaſtris ſm intentionez Auicenne eſt aſchedenegi. ſed textus ē corruptus. naz ſchedenegi eſt ſemen canapis ⁊ granata ſiluaſtris ſunt grana alchilchil: poſtea ipſe Auicenna ſequitur ⁊ dicit. granoruz alchilchil ⁊ eſt perſice darſiſahan: vide quod poſſibile non eſt quod ſemen granati ſiluaſtris ſit aſchedenegi. quia ſemina granati ſiluaſtris ⁊ granoꝝ alchilchil idē ſunt. Preterea vide in ſeptimo Joā. Serap. in eadē confectione qui inquit bundach ⁊ eſt ſemen granorū ſiluaſtrium. ⁊ ſunt grana alchilchil. ⁊ ſic reperitur in multis alijs locis apud eundem.

Grana alchilchil ſicut dictum eſt ſunt grana ſiluaſtria. vt patet apud Joānem Sera. in ca. de egritudinibus ginguiarū. ⁊ in cap. de fluxu menſtruorum. ⁊ in cap. de ſputo ſanguinis qui inquit. ſumātur grana ſiluaſtria. ⁊ ſunt grana alchilchil. Auic. in ſecundo de grano alchilchil. cap. facit ⁊ redarguit dicens quod ſit ſemen granati ſiluaſtris. vt de ergo q̄ textus hic Auic. eſt corruptus. nam ipſe vult quod ſemina granatorum ſiluaſtrium ſint aſchedenegi. i. ſemen canapis. qd̄ nō eſt credendum ſicut oſtendi ſupra.

Expliciunt confectiōes ⁊ electuaria ſuper antidotariū Auic. tā vſualia quā non. nūc vero mea intentio eſt oſtendere quedā alia que reperiunt in tertio can. ac. in quarto.

Electuarium

de paſſulis in fen. xviij. tertij. in ca. de cura debilitatis epatis. ℞. paſſularū enucleatarum aur. xxv. croci. aur. i. calami aromatici. aur. ij. bdelij iudaici aur. ij. ſ. cināomi aur. caſſie medietatem aur. ſpice aroma. aur. iij. ſquinātī aur. ij. ſ. mirre. aur. iiij. gūmi albotin aur. iiij. darſiſahan aur. ij. mellis aur xvj. vinum q̄tum ſufficit ⁊ fiat.

Iſtud electuarium apud noſtros medicos eſt multuz in vſu ⁊ ſecundum intentionem Aui. eſt ex medicinis laudabilibus prelatis alijs in fine deſcriptionis iſtius electuarij ait ⁊ exiſtimat Bal. quod hoc medicamen compoſitum eſt ex medicinis cōuenientibus cū ſuis proprietatibus epati. ⁊ ſic credo q̄ valet ad ea que dicit Auic. ex auctoritate Bal. quia predictum electuariū reperit apud Bal. in octauo de melmir de quo infra. ſed ipſe Bal. vocat ipſam confectionem chifodea. ⁊ ſi legis illam deſcriptionem de chifodea apud Bal. cū electuario de paſſulis vl de vino apd Auic. videbis q̄ idē eſt ſicut in ſuo tractatu oſtendam.

Darſiſahan ſecundum Serap. eſt arbor granati ſiluaſtris que apud diaſco. vocatur aſpalium vide Bal. quod loco darſiſahan habet limaturam aſpalegi quod idem eſt infra melius declarabo. vinum notum eſt. hic vero oportet q̄ apothecarios in coquēdo fit pfectus. qz predictum electuariū opz facere coquere ipſum cū lento igne fine fumo aliter nihil faceret propter vinū ⁊ paſſulas que ibi ingrediuntur. ⁊ vocatur electuariū de paſſulis. vel de vino.

Electuarium

de cineribus in fen. xviij. in capi. de medicinis conuenientibus lapidi. ℞. cineris vitri. cineris ſcorpionuz. ⁊ cineris

radicum caulium nabati. ⁊ cineris leporis. ⁊ lapidis ſpongie. ſanguinis hirci exſiccati ꝓriti. ⁊ cineris corticuz ouorum de quo pullus egreſſus eſt lapidis iudaici. gūmi nucis acori aā. ptes equales. petroſelini. dauci. pulegij. gūmi arabici. ſeminis alterij. piperis aā. partem. i. ⅓. conficiant cum melle ⁊ fiat. cuius doſis ſit vſq̄ ad auri. ij. ⁊ ſupra cuz aqua trifolorum decoctorum cum cineribus nigris.

¶ Iſtud electuarium apud nos eſt in vſu. ⁊ mirabiliter valet ad ea que dicit aboali. ⁊ oportet facere ipſum cum magna diligentia. ⁊ multi ſunt qui faciunt. ſed nihil faciunt. predicta deſcriptio reperitur etiam apud Franciſcum de pedemontium in capi. de opilatione renum ⁊ veſice ex lapide ⁊ medicinis eius. ſz eſt ex auctoritate Aui. ſiue aboali. vt dicit Franciſcus. Michael ſauonarola in cap. de lapide renū hz eandez. ſcias q̄ de predictis cineribus fiunt trociſci de cineribus ſicut infra oſtendam.

¶ Cinis vitri ſit cū magna diligētia ſicut oſtendā. ſz prio volo narrare de vitro dicens q̄ vitrū ſm Auic. inter lapides eſt ſicut ſtultus inter homines. Sera. ca. de vitro dicit q̄ eſt ex eo lapidoſuz. ⁊ ex eo arenoſum. vtraq̄z autem ſunt multi colozis. nā ex eis eſt albuz fortiter ſile criſtallo. ⁊ ex eo eſt rubeum ⁊ eſt citrinū ⁊ viride. ⁊ azulinū ⁊ vitrū eſt lapis magnus ſtultius alijs lapidibus. ⁊ eſt inter lapides ſicut hō ſtultus inter homines criſtallus etiā ſpēs vitri. ſz melius vitrum eſt albū. ſimiliter ait Auic. in iſto capto de modo vero conuertendi vitrum in cinerē reperitur apud Bulcaſim ſed nō poteſt fieri ſm illum modū etiaz lumen mal lucēs ponit modū ꝓburēdi qui poſſibilis nō eſt. ⁊ ſic multi credūt ipſum cōburere ſz illuz moduz. ſz nihil faciunt. comburatur autem vitrum vt docet Bertholomeus mōtagnana in ſuis cōſiliis in cōſilio de inſtrumentis lapidis ⁊ arenaꝝ ⁊ trumboꝝ cōminutiuis inquit. modus vero aduſtiōis vitri eſt talis. ℞. vitri albi ⁊ clari. ignīat vſq̄z quo rubeſcat in fornace accēſa. inde ſubmergatur in picē. ⁊ toties fit hoc quotiēs erit facilis ipſum ⁊ in cinere conuerti. alius modus nobilior vt docet Auenzoar in cap. de lapide veſice vbi ſic ait. vitrū aūt aduſtū qd̄ ſuperius dixi multi medicoꝝ ſic id credūt adurere. ponunt. n. ipſum ad ignē donec rubicundū efficit ⁊ extinguūt in aquā frigidā ⁊ hec plures ſic faciunt. ⁊ cū credūt aliqua facere nihil faciunt. cōburitur aūt iſto modo. accipe vitrū ⁊ vnge ipſam cū alchitrā. i. oleo qd̄ egreditur ex ſerbin. i. credo. ⁊ eſt piz liquida que nro idiomate pecula vocat ſub illi. ⁊ pone in ignē donec rubeū fiat. poſtea cū tenaculis recipias eum ⁊ extingue in aqua ⁊ ablue eū ibi. ⁊ iterū inunge ex alchitrā ⁊ repone in ignem. ⁊ extingue in aqua ⁊ ablue eum poſtea in aqua. ⁊ ſic ſepties facies ⁊ erit combuſtum.

¶ Cineris ſcorpionis. ſpēs aūt ſcorpionis multe ſunt. vt dictū eſt. ſed ille que nobis vſui veniunt ſunt ille que note ſunt oibus. de modo cōuertendi ipſos in cinerē ſunt difficiles. ipſe Auic. in ꝓprio capitulo docet de modo ipſius etiam in quinto can. in tractatu ſexto. de ventre inferiore debilitas ſtomaci. hz etiā liber qui vocatur albuchaſim. docet etiā modus iſte eſt. accipiant ſcorpiones vſui in quantitate quā volueris. ⁊ pone ipſos in olla noua munda. ⁊ lutniat olla ex maſſa tritici. ſiue cū paſta. ſiue cū luto ſapiētie. deinde ponat olla in furno panis calido. ⁊ dimittat ibi die ac nocte. deinde extrahatur. ⁊ cinerem ipſorum habebis.

¶ Cineris radicum cauli nabathi. i. de illa regione. vnde caules nabatij ſunt caules orientales que iacēt inter iudeam arabiā ⁊ ſic Auic. vult q̄ per caulē nabatij intelligim' de illis qui naſcuntur in illis regionibus. vñ Joā. Sera. in ſuo breuiario in capto de diſtillatione vrine ⁊ lapide inquit in quodā medicamine vt iſtud ⁊ ibi hz caules nabatij vel armenij. ⁊ ſic eſt q̄ per caules nabatij vel armēij. intelligendū eſt de illis regionib'. ſz lumen malelucēs putat q̄ ſint caules nō tranſplāntati qd̄ nō eſt credendum. Scias pro certo qd̄ in tpe antiquo predicti caules non reperiebantur in nrīs partibus. ſz moderni detulerunt ipſos ad nos. ⁊ ſic hodie in partibus nrīs reperiunt fortiores ſunt in illa materia q̄z noſtri. ⁊ forma ipſius eſt quod habent ſtipitem longum duozum brachiorum. aliquando aūt minorē hz diuerſa loca in quibus naſcuntur in ſtipite ipſius naſcitur quedam res ad ſimilitudinem rape hortulane. noſtri ſeminant ⁊ recoligunt. modus conuertendi ipſas radices in cinere eſt quod accipias radices ipſius. ⁊ munda ipſas a terra ⁊ ſordibus earum. deinde incidant minutiz. ⁊ ponantur in olla. cooperiatur olla copertorio pforato. ita vt fumus poſſit exire. ⁊ ponatur olla in furno panis calido. ⁊ dimittatur per die. ſero vero remoueatur. ⁊ reperias quod dicte radices fient ad ſimilitudinez carbonum. poſt hoc predictos carbones tere bene. ⁊ in alia olla parua repone ⁊ cooperi ipſam totam. ⁊ iterum pone in furno ⁊ dimitte tantum q̄ predicti carbones in cinerem album efficiantur. ⁊ de illa cinere pone in predicto electuario.

¶ Cineres leporis. ſ. leporis qui manducatur. ſeruitor in tractatu tertio inquit. forma comburendi leporem pro illo qui habet lapidē. ℞. ergo leporem ⁊ decola ⁊ pone in olla noua cum ſuo corio ⁊ alijs. ⁊ combure donec fiat cinis. deinde tere cinerem ⁊ vtere vbi opz. Joan. Anglicus in cap. de lapide renum inquit. itez lapis vnus integer ponatur in olla in furno calido quouſq̄z aſſetur in tantum q̄ poſſit puluerizari. ⁊ tunc de iſto detur. z. i. ⁊c.

¶ Lapis ſpongie adherens non omnis qui in cauernis ſpongie inuenitur. ſed proprie aut. naturaliter adherebat in ſaxo dum viueret ⁊ eſt aſper ⁊ durus valde. Serap. cap. de ſpongie inquit. ⁊ lapis inuentus in ſpongia habet virtutem que deſiccat. ⁊ contingit ex virtute eius q̄ frangit lapidem generatuz in veſica ſicut dixerunt. Auic. de ipſa ca. facit ⁊ dicit q̄ eſt lapis inuētus in corpore ſpongie.

¶ Sanguinis hirci exſiccati ⁊ etiā preparati vt oſtendaz. hircus vero ſm Iſidozum in capto de pecozibus ⁊ iumentis inquit. hircus laſciuum animal eſt peruleum ⁊ feruēs ſemper ad coitum. cuius oculi ob libidinem in trāſuerſuz aſpiciunt. vnde ⁊ nomen traxit. nam hirci ſunt oculozum anguli ſecundū Suetonīū. vt virgilius in bucolicis. trāſuerſa tuentibus hircis. cuius natura adeo calidiſſima eſt vt adamantem lapidez que nec ignis nec ferri domare valet materia ſolus huius cruor diſſoluat. maiores hirci cinifi dicuntur. A fluuio cinife in libia vbi grandes naſcuntur o quantum eſt magnificata virtus ſanguinis hirci in predicta egritudine. eſt tam magnificata ⁊ in tanta nobilitate. quod apud Auic. nominatur manus dei. propter ſuam nobilitatem ⁊ eſt medicamen theſauriz atum de regimine ipſius potu cā preparandi ipſum ſanguinem ⁊ exſiccandi. ipſe vero Auic. in predicto capitulo docet modum exſiccandi ipſum. ſed de modo cibandi non loquitur. Raſis ad Ali de villa noua in lib. ſcdo in capi. de vitio lapidis in renibus ⁊ veſica clare loquitur dicēs. ſanguis hirci nutriti per. xv. dies. vel. xxx. ex frōdibus hedere vel ſaxifragie in diebus canicularibus interfecti exſiccatus ⁊ puluerizatus poſtea iterum inquit. ſanguis hirci in diebus canicularibus interfecti prius per. xxx. dies. cū frondibus hedere vel ſaxifragie nutriti. ⁊ ſic faciunt quidam. alio modo vt reperit apud Sozdonīū victū illiū medicine in cap. de dolore renum periodali. pp eorum opilationem vbi ait vſus tro. ſanguinis hirci per ſe curat. ℞. igit hircū antiquū ⁊ nutriat ordeo feniculo petroſelino pimpinella ſaxifragia milio ſolis herbena filipēdula ⁊ ſimilibus diureticis ⁊ poſt longū tpe huius acceptionis decoletur ⁊ primus ſanguis ⁊ vltimus abijciatur ⁊ modus reſeruetur. ⁊ fiāt trociſci. ⁊ deſiccenſ in vmbra in loco ſicco nō vētoſo ⁊ vngat cū balſamo. Jo. Arcula. in cap. de lapide renū inquit. ſanguis hirci ꝓparatus ſm artē eſt fortis. ⁊ modus ꝓparatiōis eſt vt eligat hircus quatuor annoꝝ aut circa rubeus. ⁊ nutriat per menſez ex herbis ⁊ graminibus propriis in hoc ca. ⁊ ſunt hec betonica. pētaſilon. capillus veneris. grana ſolis. ſaxifragia. ſcolopēdria. hedera etiā valet petroſelinū. apiū. feniculus ⁊ filia in potu dabis vinū albū bonū odoriferū clazꝝ ⁊ ſubtile. ⁊ poſt iugulet de mense auguſti. ⁊ extrahatur ſanguis. cuius prim' abijciatur ⁊ poſtremus. medius vero reſeruet ⁊ fiat eius ꝓparatio bona. Nicola. floz. in lib. v. in ca. de cura lapidis per potionē ingt. hircus qdē melioz eſt q̄ ſumit in hoza in qua colorat vua. ſ. de meſe auguſti. qz tūc ſanguis eſt acutior. quere ḡ olla lapideā qz eſt melior. ⁊ hircus ſit quatuor anno

rum.modū vero exficcandi quere ab alijs:

¶ Cineris corticū ouorū de quo pullus egressus est.hoc est qñ filij sui nascunt.modus cōuertendi ipsos in cineres est difficilis.oz enim q̄ accipiatur cortex ouorū a quo pullus egressus fuerit ⁊ teratur bene.deinde ponatur in olla noua ⁊ obturetur os ej⁹.⁊ ponatur in furno ⁊ dimittatur per diem vnū ñ sint cinerate bene bonū est.finaliter ponatur iterum in furno ⁊ ibi dimittat vsq; q̄ sint bene incinerate.⁊ quando fuerint ad suum terminum q̄ color eorum sit albus extrahantur ⁊ vtere vbi oportet.

¶ Lapis iudaicus dr qr in terris iudeorū inuenit.Aut.in scdo can.dicit q̄ est lapis sicut nux parua ad lōgitudinem paucā declinās primus figure amigdale aut dactili ⁊c.o quāta vtus ē in isto lapide ꝗ lapidē renū.extrahit.n.ipm.

¶ Gūmi vero nucis ꝑm quosdā est fungus qui reperitur super arbores diuersas. huius color est ad similitudinem spongie.sed non recte sentiunt.qr illa res vocat narcotica nucis.gūmi vero nucis ꝑm veritatē est gūmi quod reperitur super arbores ferentes nuces ꝯ in partibus vrte nō reperiuntur.ego aūt vidi ꝑdictū gūmi qd in colore est filis colori mirre grosse ꝯ odorē nō hz.deferf de apulia ad nos ⁊ in illis ptibus inuenit.Auic.dicit q̄ dosis istius electuarij fit vsq; ad auf.ij.ʒ.iij.⁊ supra cū aqua tribuloꝝ decoctorum.i.tribuloꝝ marinorū quos ipse in scdo vocat hasek.⁊ sunt qui nomināt ipsos vulgo castaneolos lacus.

Electuarium de margaritis in.xxj. tertij. in ca.de regimine vniuersali pregnantis.℞.margaritaꝝ nō perforataꝝ.piretri añ.ʒ.i.ʒ iniziberis.masticis añ.ʒ.iiij.ʒedoarie.doronici.seis apij.tapsie.cardamomi.nucis muscate.macis.cinami.añ.ʒ.ij. been albi ⁊ rubei piperis.⁊ macropiperis añ.ʒ.iij.cinamomi.ʒ.v.ʒuccari sulimeni quantum omnia.⁊ fiat electuarium cuius dosis sit coclearium vnum.

¶ Istud electuarium apud nos est in vsu.⁊ valet mirabiliter ad ea que dicit Aut.supra in tractatu Nicolai.est alia descriptio que dr a duobus generibus margaritaꝝ.s. perforatarum ⁊ nō perforatarū.tñ Aut.in sua descriptiōe nō hz nisi non perforatarū ⁊ sunt qui faciunt ꝑm descriptionē Nicolai.⁊ sunt qui faciunt ꝑm descriptionē Auic. ꝑm volūtatē medicoꝝ ⁊ ambe descriptiōes apud diuites apothecarios reperiuntur. Jo.Serap.in suo breuiario in cap. de mulieribus qualiter significetur q̄ ipse sint prēgnantes hz vnā aliam descriptionem que quasi eadem est.

¶ Margarita lapis est. Isido.in ca.de lap.pretiosis cādidis dicit.margarita prima cādidaꝝ gemmarū quam inde margaritam aiunt vocaram q̄ in cōculis marinis hoc genus lapidum inueniatur.inest enim in carne cochlee calculus natus sicut in carne ostree preciosissima margarita reperiri dicitur.vel sicut in cerebro piscis lapillus gignitur ⁊ meliores sunt candide ⁊ albe.

¶ Tapsia quā arabes corrute dicūt tessisie.vt dicrum fuit in ꝓfectione anacardina que cōfert egritudinib⁹ neruoꝝ.

¶ Cinami.i.cinamomi grossi ⁊ alio nomine darsani vocat vt dictū est.tñ pp ignorantiā aliqui apothecarij aliqñ ponunt in isto electuario loco cinami ciminū.ʒ nō recte. quia spēs cinamomi sunt multe.vē pz per Diaf.⁊ Serapnam Serap.ait inuenitur alia species cinamomi que dicitur vasoth.⁊ est cinamum.⁊ est grosse plante non habens fortem odorē.⁊ est debilis virtutis.etiā Pli. inquit cinamomū ⁊ cinamum nascitur in ethiopia.⁊ consideretur bene q̄ cinamum ⁊ cinamomum idē sunt. Rasis etiā in tertio Almāsoris in fine ca.xvij.ingr.cinamomū cinamomo vicino existit.ʒ eo fit debilius.ignorantia vo apothecarium est.qr in isto electuario ingredit cinamū ⁊ cinamomū ex quo videtur diuersificari.verū per primū intelligimus cinamomū grossuʒ.⁊ per scdʒ cinamomū finum.

Succarum sulimenum.i.illius regionis.vt dicit gentilis.nos loco eius ponimus ʒuccarum taberzet.i. album. Joan.Serap.loco.eius habet mundum.

Confectio de medullis in.xx.tertij.i ca.de medicinis singularibus ad coitus.℞. amigdalarū excorticatarū sistic̄oꝝ nerigil excorticatoꝝ cōfritorum.⁊ amigdalarū pini.⁊ granorū alchilchil ⁊ granata siluestria.⁊ granorum azelē.⁊ granorum viridiū. i.seminum arboris dotim.cuius gūmi est terbentina partes equales.neremisch.piperis longi.ʒinziberis.omnium añ.partes.x.⁊ plus parū terantur ossa ⁊ cōficiantur cū penidiis de quo sumatur omni die quantum est ouū vnū.

Ista confectio nō est in vsu.ꝯ ideo eā descripsi vt ostenderem q̄ cōfectio de medullis Apud Auic.est eadem cum electuario de nucleis fructuū apud Rasis vt dictū est.nec differunt:nisi qr Auic.loco auellanarum posuit sisticos.

Neregil.i.nux indica.vt dicit Aut.in ca.de nuce indica ⁊ sic esse credo.qr Rasis loco eius habet nucem indicam.

Grana Azelem.ꝑm ipsum in scdo dicit piper nigruʒ.ꝯ non intelligimus de vero pipere nigro. sed de alia re simili de qua superius ostensum fuit clare quid sit.

Neremisch.i.rosa afinorum siue peonia.Raf. loco eius hz semen peonie quod idem est: vide supra qr diffuse declaratum est.

Medicamen de marchasita in quarto can.in fen.iij.in.cap.de cura eruptionis exiturarum.℞.lapis marchasite.ʒ.xij.armoniaci tantundem farine fabarum.ʒ.vj.misceantur cuʒ rasina humida ⁊ limatur super cutem ⁊ ponatur super sanies donec cadat per se ⁊ oportet vt administretur statim.

Istud medicamen reperitur aūt apud Franci. de pedemontiū in cap.de appropriatis apatum ꝑm diuersitatem membrorum in quibus fuit.ꝯ est ex aucto. Auic. quia idē sunt. Lapis marchasita apud Diaf. vocat pirrites ex quo eramen fit eligendus est colorem eraminis hñs.⁊ ibi Diatradit modum comburendi ipsum. Auic. ait vocat marchasita.⁊ dr q̄ sunt plurū spērum.alia enim est aurea. ⁊ alia argentea.⁊ alia erea ferrea.⁊ sunt qui nominant eam lapidem luminis propter iuuamentum quod vlul affert. piretes vero dicitur a pir quod est ignis.quia percussus ferro ignem emittit. Mesue de ipsa loquitur in capitulo de lapide stellato.

De tribus generibus confectionum secundum Antonium guainerium Papiensem.

Confectio mixture cordialis in ca. sexto de signis cā pnosticis q̄ demonstratiuis febris pestilentialis ⁊ eius cura.℞.conserue rosarum buglosati boraginis ⁊ violati ana.ʒ.ʒ.cōserue.flor nenufare.ʒ.ij.manuscripti cū perlis lib.ʒ.fragmentorū olum preciosoꝝ.ʒ.ij.margaritarum subtiliter tritarum.ʒ.ʒ. foliorum auri numero.xvj.fiat mixtura deaurata de qua sepe comedat ⁊ de ea bibat cum aqua ʒuccari ñ libuerit.

Hec cōfectio apud nos nō est in vsu ꝑm illā descriptionē.illa vero qua generaliter vtimur est magistralis.⁊ non est eadē:ꝯ pro nobilib⁹ ista ē nobilior illa ñ infra apparebit

Conserua rosata.i.ex rosis ⁊ vocatur ʒuccarum rosatum.⁊ fit ex tribus partibus ʒuccari ⁊ vna rosarum.

Buglosatū siue diabuglosatū.i.conserua que fit ex floribus lingue bouine.⁊ modus eius est sicut rosarum.

Boraginatum siue diaboraginatum.idest cōserua que fit ex floribus boraginis. Et modus ipsius fit sicut rosarum.

Violatum siue ʒuccarum violatum i.conserua violarū quod ex floribus fit.⁊ modus eius est sicut rosarum.

Conserua florum nenufaris.idest ex floribus nenufaris.⁊ vocatur ʒuccarum nenufarinum. ⁊ modus eius est sicut rosarum.

Fragmentorum omnium preciosorum scdm generalem regulam sciendū est q̄ per fragmenta preciosa intelligunt quinq; genera lapidū preciosorum.⁊ sunt proprie illa que Mesue in electuario de gemmis nominat.⁊ sunt ʒapphir. iacinti sardinis granate feruʒegi.idest smaragdi.⁊ de omnibus istis ostensum fuit supra.

Confectio manuscripti cū perlis in cap. quarto de cura quartane a melancolia sanguinis prouenientis.℞.margaritarum splendidarū tritarum subtilissime.ʒ.ʒ.ʒuccari in aqua rosata dissoluti lib.ʒ ⁊ fiat decoctio in plata ⁊ vsui reseruetur.

Hec descriptio istius ꝓfectiōis que vocat manuscripti cū

peritis est descriptio p nobilibus:qr cōsuetudo apothecarioꝝ est facere manuscripti sine plicis:sed loco eij⁹ ponūt puluerem cordiale.alij ēt fragmēta hz necessitatē:⁊ possunt fieri cum aqua rosata.tunc vocant manuscripti rosate.fiunt etiā cum aqua violarum:tunc vocātur manuscripti violate.fiūt etiam cū aqua buglosi:tūc vocāt manuscripti buglosate alij qñ fiūt cū aqua capilloꝝ veneris ꝑm diuersas firmitates ⁊ eius forma est ad modū rotule:⁊ id est satis notum.

Confectio diacozali i.c.8.d signis ⁊ cura cautionis.℞.cozallorum rubeorum.ʒ.iij. ʒuccari.lib.ʒ.dissolue ʒuccarū in aq̄ rosa i aq̄ in infusiōe sterit.ʒ.i.sandalorū machazarii.i. citrini:⁊ gr.iiij.camphore ⁊ istorū fortiū facta expssione in illa aqua ʒuccarū dissoluatur:⁊ fiat confectio in mortellis.

¶ Hec ꝓfectio apud nos nō est in vsu. Nicola.in suo antidotario describit troc.diacozali q̄ ingrediuntur in tiriaca Gal.sed non sunt idem:de quo infra.

¶ Cozallus rubeus est nobilior albo.⁊ albus nigro.rubeus autem confert omnibus egritudinibus stomaci ñ suspendatur super ipsum directus.vñ Gal.inqr.ego expert⁹ fui ipsum ⁊ suspēdi ipsū in collo eius q̄ habebat dolorē stomaci:ita vt esset cozall⁹ sup os stomaci ⁊ remot⁹ fuit dolor cū ergo accepi ipsum redit sicut exptus fui ligno crucis in habēre epilēsiā:⁊ q̄ suspēderit i collo suo in diebus sanitatis sue cozallū rubeū secur⁹ erit a dolore stomaci ⁊ ppter hoc mulieres appēdūt eū in collis puerorū. Busadū aūt scripsit stephanus ꝑ bassed:qd est cozallus.

¶ De electuariis ac cōfectionibus ꝑm Joannē anglicū:q̄ alio noie rosa anglica nominatur.

Electuarium de caulibus in ca. de cura lepre.℞. succi caulis lib.i.buliat ⁊ exprimat:croci.ʒ.iij. panis ʒuccari:⁊ mellis añ.lib.ʒ.fiat electuarium cum leui decoctione.

¶ Istud electuarium apud nos nō est valde in vsu:tñ reperitur apud aliquos apothecarios.

¶ Caulis secundum Aut.alius est domesticus ⁊ alius siluestris:⁊ alius marinus:⁊ alius caulis aq̄. Caul vo apud Dia.vocatur brassica.vñ macer.caulis romana grecorum brassica lingua. Agrestis apud quosdam putatur condisi: sed non est:canabit etiam est species caulis dictus capucius.vel caulis capitatus.vel imperialis. Petrus de crescentijs dicit gambusij sunt de natura caulium.⁊ habent formam caulium donec clausi fuerint.sed postq̄ clausa sunt folia ipsoꝝ fiūt q̄ñ alba ⁊ grossa sicut tunice cepaꝝ ⁊ crispa ⁊c.et Sera.in ca.de caule de canabit loquit. Simon tanuensis dicit q̄ Aut.de canabit singulare facit capi.qd nō reperit.verum est q̄ Aut.in ca.de caule.de canabit loquitur.Jo.arculanus in capto de epilensia dicit.canabit q̄ est caulis imperialis.i.capucium carnebū scripsit Stephanus pro corno.quod est caulis.

Confectio diagarici optimi in capi de veruca in oculis ⁊ cura a nobis.℞.agarici boni albi leuis ⁊ puluericabilis.ʒ.ʒ.turbith ʒinzi.añ.ʒ. ij.nucis muscate.auellanarum.ʒ.iij.misce ⁊ cū ʒuccaro lib. ʒ.fiat confectio.

¶ Hec confectio apud nos nō est in vsu.sed vtus agarici est magnificata apud nostros auctores.

¶ Agaricus secundum Mesue est ex medicinis magni iuuamenti:cuius ortus est secus arbores magnas quibus iam accidit corrosio ⁊ putrefactio.⁊ eius generatio est sicut generatio fungorum ⁊ propter id vocatur a multis fungus ablectis. Gal.in libro ad partenianum loquit. agaricus ab arboribus excrescit prout tubera.i.fungus dicit⁹ teratur apud lombardos.

Electuarium diacubebe in.c.de idropisi in cura generali.℞.sandalorum.ʒ.albi rū.⁊ ci.añ.ʒ.ij.spo.rasu.eboris añ.ʒ.i.ʒ.oximi.ʒ.galiofilati cubebarū añ.ʒ.ʒ.vel.ʒ.iij.ñ fit caliditas mixta q̄tu or seminū frigidorū mūdarorū añ.ʒ.ij,seis endiuie portulace añ.ʒ.i.ligni aloes:nucis muscate añ.ʒ.ʒ.ʒuccari lib.i.⁊ dissoluantur cū decoctione endiuie.vel cū aqua endiuie ⁊ vtuntur mane.⁊ est expertum.

¶ Istud electuarium i Papia nō ē i vsu.ꝯ in mediolāo vtūtur ipso.sed nō faciūt ipsū ꝑm descriptionē Gala.angli.ꝯ illa descriptio q̄ vtunt reperit apud thesaurū pauperū ñ infra apparebit.tamen iter ipsas est parua differentia.

Cubebe siue cubebe.⁊ nō cubeze:qr cubeze apud Auic. est malua vel species eius. Sera.in capitulo de cubebe ait, ego postquam aggregaui Diasco.⁊ Galienum super omnem herbam inueni q̄ Galienus non memorauit mirtuʒ agrestem.⁊ Dia.non memorauit cubebas.⁊ vidi q̄ descriptio Dia.super mirtum agrestem ⁊ descriptio Gal.super cubebas idem sunt.

Cubebe Dia.mirta agria ⁊ est mirtus siluestris siue mirtus alba.vt dicunt moderni.⁊ ꝑm Matheū fil.est abongi Stephanus vocat ipsum carpision.

Confectio alia diacubebe ꝑm thesaurū pauperū in capitu.de hydropisi de frigida causa.℞.osium sandalorum ana.ʒ.i.spodij. rasure eboris ana.ʒ.i.cubebe.ʒ.iij.seminum cōmunū frigidorū añ.ʒ.i. ʒ.seminis endiuie ⁊ portulace ana.ʒ.i.ʒuccari li.i.fiat cū decoctione endiuie.⁊ fiat electuarium.

Ista descriptio thesauri est illa qua vtuntur Mediolanenses.tamen vt dictum est inter ipsas est parua differentia. Bilibertus de anglia in capitulo de cura specierum habet vnam aliam descriptionem que valet ad ea ad que dia laca.sed non est eadem.

Bianasturtium scdm Joā.angli.in ca.de sterilitate.℞.cō solide maioris ⁊ minoris añ.m.i.cozalli albi:⁊ rubei.sandalorū alborū ⁊ rub.ana.ʒ.i.rosarū.ʒ.iij.spodij.gariofi.margaritarū i tegraruʒ ana.ʒ.i.charabe.ʒ.ij.semis nasturtij agrestis.ʒ.ʒ. radicum sanguinarie pimpinelle.paritarie ana.ʒ.ʒuccari alexandrini lib.ij.fiat electuarium.quia tamen illud foret magnum de consolida ponatur.ʒ.ʒ.⁊ de alio proportionaliter diminuatur.ita q̄ ad.ʒ.i.pulueris ponatur lib.i. ʒuccari vel mellis ⁊ voco illud bianasturtium quod valet in omni fluxu sanguinis mēstruorum ⁊ emorroidarum ⁊ ventris ⁊ est mihi valde speciale.

Istud antidotum apud nos non est in vsu.ꝑm ät ꝓpositorem valet mirabiliter in illa materia.

Nasturtium autem herba est satis nota maxie domesticū. Hic Joā.angli.seu cōpositor hz nasturtium agreste.qd nasturtiū domesticū nō ē:imo ꝑm quosdā est nasturtiū aquaticū.qd alio nose senation vocatur.⁊ hoc apud multos ē certū.vide aūt de eo apud matheū siluaticū in ca.de cardamo.i.nasturtio vsuali.qui sic ait.

Cardamus agrestis quem multi senatiō vel crisium vocant.vel nasturtium aquaticum.⁊ ē. Hoc apud Auicen.in secundo can.vocatur pupilla oculi.⁊ apud Diaf.eius semen vocatur lepidum.⁊ herba apud eundem senation.etiam apud Serap.seitaragi.⁊ apud arabes dicitur sceseebrā ⁊ ab aliquibus dicitur saxabram:de qua nunq̄ inueni vllum habere certitudinem quid sit sceseebram.quidam credunt.sed non recte q̄ esset esula quod non est.qr Auicen: in tertio can.in capitu.de medicinis cordialibus habet in quodam antidoto sceseebram.⁊ semen eius. ergo esula ibi non conuenit idem in quarto can.in fen.ij.in capitu. de cura ethice sceseebram laudat ⁊ secundū quosdā medicorum est granarū siluestre quod non credo.nec gentilis super illum passum cognouit certitudinem. Scias quod in hoc sunt diuerse opiniones.sed hic si deus voluerit declarabo de ipso opinionem doctorum multorum. Et primo dico quod postq̄ ego vidi in practica domini Mesue capitulum de cura manie ⁊ melie sanguinee in quodam antidoto.quod incipit.filius zacharie modus confectionis conferentis melie ⁊c.⁊ ibi habet ad litteram.sceseebram idest oximi maioris. Oximum autem maius apd Serapionem vocatur oximum carmenum.⁊ ab Auicen.i scdo can.vocat ophalmarā vt apd Matheum fil.est senation.⁊ qui mihi non credit videat. Mesue in capitu. allegato ait.quod sceseebram est oximum maius ⁊ oximum maius apud Serap.est oximum carmenū.⁊ apud Matheū fil.est senatiō siue nasturtium aquaticū.⁊ sic lege illō cap.de oximo carmeno apd Sera.⁊ capit.de ophalmarā.

apud Aule.cū ca.de barochalchal apud Mattheum filu
ticum:⁊ videbis ꝙ idem sunt.

¶ Notandū est ꝙ hec herba plura noia hz.nā senatō est
lepidū:seitaragi indū:hibederidoe:agricardamū agreste:
capsia scripta cū.c.nasturtiū aquaticū ozimū malus: ozi-
mū carmenū:pupilla oculi:scefebriā:eius radix medef do
lorib⁹ dētū. Etiā de ipso dictū fuit in electuario qd vr
letificans almāsoris ⁊c.⁊ hoc apud me fuit secretum.

¶ Sanguinarie autem apud moder.ē bursa pastoris que
mirabiliter valet contra fluxum sanguinis.verum est ꝙ in
uenitur alia sanguinaria que vocatur corigiola:seu virga
pastoris:sed hic Joannes anglicus per sanguinariam in-
telligit bursam pastoris:⁊ ꝙ sit verum vide apud eundem
in lib.primo in ca.de accidentibus febris qui sic ait modo
de empericis videamus vade ad locum vbi crescit sangui
naria.i.bursa pastoris:⁊ genibus fleris dicas ter pater no
ster ⁊ aue Maria:⁊ istum versiculum. Te quesimus domi
ne famulis tuis subuent quos precioso sanguine redemi-
sti:⁊ sic dicendo collige vnam herbā vel duas. Sed si mul
tas colligas oz orationes iterat:⁊ tunc suspende herbam
circa collum patientis a quo fluit sanguis vel circa mem
brum a quo fluit:⁊ ibi dimitte:⁊ stringet certissime: si vis
ne homines cognoscant herbam tuam frica eam inter ma
nus tuas:⁊ post suspende eam in aliquo panno.⁊ vel in
sindone.vel in aliquo tali. Item Nicolaus dicit bursa pa
storis idest sanguinaria vel capsella aut scindi vulua sine
dubio est consonum ꝙ bursa pastoris fit capsella: qr eius
semē fert in capsellis:⁊ propter id apud lombardos dicit
herba gugarola.ipsa enim in vijs ac ciuitatibus inuenit
⁊ comeditur cū est recens sicut alia olera.

¶ De quatuor generibus cōfectionū sm Petrum de tu
signana super nono almansoris.

Confectio diarob cū reubarbaro in
tractatu scdo i ca.ñ de so
lutiuis. ℞.turbith albi gumosi cānulosi.ʒ.s.
zinziberis.ʒ.s.reubarbari.ʒ.i.spice.ʒ.s. cina
momi:gariosi.añ.ʒ.ij.galange:pipis lon.ma
cis añ.ʒ.i.diagredij.ʒ.iij.s.zuccari albi.ʒ.xvj.cū vino cito
niorum fiat confectio.dosis a.ʒ.ij.ad.vj.

¶ Hec cōfectio diarob cū reubarbaro est in vsu.⁊ fit ali
quādo cū reubarbaro aliquādo sine.tamē cū reubarbaro
est nobilior.de hac reperiunt varie descriptiōes.ego meo
tempore vidi fieri diarob cū reubar.i.confectionē delecta
bilem sm Bartho.monta.quā ipse vocat cōfectionē dia
turbith cum reubarbaro.de quo infra.

Confectio diarob cū turbith ibidē.℞.turbith
albi gumosi ⁊ cānulosi.ʒ.i.zinzi.ʒ.
.s.cinamōi.gario.añ.ʒ.ij.galāge.pipis lon. macis añ.ʒ.i.
diagredij.ʒ.iij.zuccari lib.i.fiat cōfectio cū vino citonioꝝ
⁊ aqua cōmuni.dosis vt precedens.

¶ Ego vidi multorios aliquos non facientes differētiā
inter diarob cū turbith.⁊ inter diarob cum reubarbaro.
sed errant.nam aliud est diarob cum turbith.aliud est dia
rob cum reubarbaro.

¶ Hec confectio solutiua reperitur etiam apud Joan-
nem concorregium in capitulo de paralesi ⁊ rectigatione.
tamen differt notabiliter ab ista.sed vna descriptio que in
uenitur apud leonardum de preda palea in capit.de cura
scrophularum est huic similis.

Confectio diarob cū agarico ibidē.℞.agarici
.ʒ.i.salis gēme.ʒ.iij.spice nard.ʒ.iij.
.s.ciamōi.gariosi.macis galāge añ.ʒ.ij.diagredij.ʒ.iij.po
lipodij.ʒ.i.s.ʒuc.albi lib.i.s.cū vino citonioꝝ.⁊ aq̄ cōl fi
at confectio.dosis vt precedentis.

¶ Hec ꝓfectio nō est in vsu.Leonar.de pda palea i ca.de
cura scrophulaꝝ hz etiā hanc descriptionem.Jo.ꝓcorregi
us in ca. de paleſi ⁊ rectigatione hz vnā aliā descriptionē
sed non est eadem.

Confectio diarob cū sene i ca.d paralisi tremo
re rotura ⁊ spasmo d repletiōe.℞.
sene munde.ʒ.i.cinamōi. gariosi.macis. masticis añ.ʒ.s.
diagredij.℥.s.⁊ cum zuccaro fiat cōfectio cū vino grana
torum dosis eius ad.ʒ.s.ad.ʒ.vij.

¶ Hec confectio non est in vsu.

Sene vo qd d arabia dferf magis laudat q̄ illd de mē
cha.¶ Miror ꝙ Aui.i.2.cap.vbi de simplicib⁹ tractat ꝙ de
sene nō fecerit cap.cū ipse i multis locis eo vtat. Mesue
lau at folliculos sene.⁊ dicit ꝙ ē melior pe ipsius plante.

De confectionibus ac electuariis super antidotarium
Bartho.montagnana.

Confectio de fisticis.℞.fisticoꝝ mū
datoꝝ ⁊ tristoꝝ.ʒ.iij.zuc.
albi lib.i.i corporent fil i mortario cū aq̄ rosa
quātū sufficit.⁊ coq̄nt sup ignē:⁊ fiat ꝓfec
tio cū spēb⁹ triasandaloꝝ aliqn ⁊ aliqn cū
cinamomo ponēdo de quolibz istoꝝ.ʒ.i.s. p tota ista rece
pta. Pōt ēt fieri solutiua vt scis. valet.i.in ꝓfortādo epar
frigidū qn fit:cū cinamomo.⁊ epar calidū qn fit cū spēbus
triasandaloꝝ ⁊ ipsius opilatiōes semper aperit.

Hec cōfectio apud nos nō ē in vsu.sed credo ꝙ in parti
bus venetiarum vtantur illa.

Fistici hz dia.st pistachie q̄ i siria nascūt fil ia strobilib⁹
.i.pineis.Rasis āt in lib.affoziismoꝝ i ca.de fructib⁹ ait.⁊
comedere cinamomū cum oleo alsalorat illud remouet.
alsorat.i.fisticus ē arboz cipresso filis.

Pistachie hz Nico.st fruct⁹ q̄ veniūt de damasco q̄ sa
tis sūt noti.Pli.pistachia eosdē vsus ⁊ effect⁹ bnt quos pi
ne i nuclei pterq̄ ad serpētū ict⁹ siue edank siue dibank.

Tria sandali dñr trib⁹ gnib⁹ sandaloꝝ q̄ ibi itrat deseri
ptio ipsoꝝ ē posita supra.⁊ est ex auctoritate Nicolai.

Confectio diamusci mticalis.℞.spērū diamu
sci dulcis.ʒ.i.diādre.ʒ.ij.ligne aloe
.i.seis fraxini.rasure eboris nepite añ.ʒ.s.ʒuc.albi.℥.v.fi
at cōfectio solida cū aqua matricarie in rotulis.

Hec ꝓfectio diamusci matricalis apd nos nō ē i vsu.sed
la vero descriptio qua nos vtimur ē diui Mesue q̄ docet
facere diamuscū dulce ⁊ amarū.sicut ostensū fuit. species
vero diamusci dulcis.que ibi igrediunt fuit species diamu
sci Mesue.⁊ similiter species diambre.

Nepita est herba dicta neuida siue gataria.⁊ sm macrū
est calamentum.

Matricaria est apud Aui.in.2.cap.vocata vchuen ⁊ est
species arthemisie.⁊ ē illa que a lōbardis crispula vocat.
Sapientes dixerūt ꝙ ista descriptio diamusci dicitur ma
tricalis ꝓpter aquā matricarie que ingreditur. Bartho.
inquit.quod predicta confectio debet fieri in rotulis si-
cut fiunt manuſxpi.

Confectio pro vermib⁹ cois apostoloꝝ.℞.se
mis alexādrini.ʒ.ij.cornu cerui vsti
corticū granatoꝝ añ.ʒ.i.dsptami.gariosi.reubarbari añ.ʒ.
.s.centonici.ʒ.i.s.cinamōi.ʒ.iiij.croci.ʒ.s.ʒuccari lib.i.s.
fiat cōfectio solida cū aqua absinthij vel graminis.

Hec confectio apud nos non est in vsu.sed valet mirabi
liter pro vermibus.simplicia que sunt declaranda declara
bo.ipse Bartholomeus habet vnam aliam descriptionē.
sed ista est nobilior illa.

Alexandrum apud modernos est semen macedoni-
cum.⁊ non est semen sanctum.vt quidam dicunt. quod i
ista confectione possumus videre.qr hoc Bartholomeus
ambo in ista confectione ponit.

Centonicum siue sandonicum idem est.⁊ est species ab
sinthij.sicut patet apud Serap.in ca.de absinthio. Prete
rea ipse Serap.in cap.de sceba inquit.sceba.i.sandonicus
vt in cap.de absinthio ⁊ dicitur ex auctoritate Dia.sando
nicum est planta ⁊ est absinthium marinum ⁊ sic mea opi
nio est ꝙ sceba siue sandonicum sit absinthium marinum
quod alio nomine herba marina appellatur ⁊ sic reperi-
tur apud Michaelem sauonarolam in ca.de vermibus q̄
inquit: Quidam vant semen sanctum siue semencinas qd
idē est Jo.matheus gradi in ca.de vermib⁹ qui in ventre
nascunt dicit seis sancti vel herbe sanuine vel soch qd idē
est sz vult dicere sceba. Infra hz qdā emplastrum:⁊ dicit
seis alexādrini qd cōiter appellant herbā sanuinaz sed fal
sū est.nā semen alexandrinum nō est herba sanuina ꝓ hoc
vide ꝙ in ista ꝓfectione ingrediunt semē alexandrinus.i.
macedonicū.⁊ centonicū.i.semē sanctū.qd nō fit in hio q̄

idē sūt.tu vo vide ꝙ semē semī ē vez sādonicū siue sceba si
ne semēcia siue granella.⁊ hec ē approbata ꝙ mirabilit va
let ad iterficiendū vermes defertur de ianua ad nos.

Confectio diaturbith cū reubarbaro.℞.sāda-
lorū alboꝝ ⁊ rubeoꝝ. violarū.ʒ.iij.zi-
beris añ.ʒ.i.s.amisi.cinamomi.croci.masticis añ.ʒ.s.tur-
bith hermodactiloꝝ ana.℥.i.reubarbari electi.ʒ.x.diagre
dij.ʒ.iiij.ʒuccari albi.lib.ij.fiat confectio solida.

¶ Hec ē ꝓfectio diaturbith cū reubarbaro.⁊ sūt ex hoib⁹
qui vocant ipsā diarob cū reubarbaro.alij confectionem
delectabilem:vt dictū est supra.⁊ sunt ex hoibus qui facit
ipsam cū reubarbaro.⁊ quādoq̄ sine reubarbaro sm
diuersitates descriptionum que reperiuntur.

Electuarium de ouis.℞.albuis ouorū lib.
.ij.mellis cocti dispumati lib.
.i.misceāt sil.⁊ diu agitēt cū spatula agitādo vsquequo i
spissent.deinde addant he spēs.℞.zedoarie.ʒ.s.cinamōi
gariof.spice ligritie.ʒ.iij.pipis galāge.rosarū.sandalorū
rubeorum añ.ʒ.i.misce ⁊ fiat electuarium.

¶ Istud electuarium non est in vsu apud nos.

¶ Oua sm Aui.meliora sunt oua galinarum recentium.
⁊ melius quod est in eis est vitellus.⁊ melius eorum arti
ficium est vt non cum alio congelentur.post autem oua
galinarum sunt oua autum que cursu eius procedunt si
cut antenderam:⁊ adoram:⁊ alcubugi.i.perdicū:⁊ atenu-
gi.oua vo anatis ⁊ similium sunt mali humoris Serap.
dicit ex auctoritate Gal.illa que eligimus sunt oua gali-
narum.non ergo oz ꝙ narremus nām aliorum fiat confe
ctio solida cum aqua matricarie in rotulis ouorum.qr na
tura eorum est eadem natura istorum ⁊c.Rasis autē in ter-
tio Almāsoris in ca.de aliis ouis ait.oua plus oibus pue
nientia galine sunt ⁊ perdicis ⁊ē.

Electuarium de lepore cōbusto.℞.lapidis
iudaici ⁊ spōgie añ.ʒ.i.pulue-
ris leporis cōbusti sm artē.ʒ.ij.spērū electuarij litōtripō.
scriptione Nicolai.ʒ.ij.zuccari.scdē decoctiōē.℥.iiij.cum
aq̄ saxifragie.fiat ꝓfectio i rotulis.i.in forma manuſxpi.

¶ Istud electuarium non est in vsu.

¶ De lepore Aui.in scdo cap. duo capla facit.vnū de le
pore siluestri:aliud de lepore marino.quē qdā existimant
esse cuniculū quē dixit Aui.ē aial ostracū.luto sum.decli
nās ad rubedinē aliquātulū inter partes cuius sunt que
dam similia folijs alusnen.i.herbe chali.illum vero quē hz
intelligimus est ille qui oibus est notus.de modo cōburē
di vide supra in electuario de cineribus.

¶ Litontriponi.cōterens ⁊ frangens lapidē.inter Fratur
descriptio ipsius posita fuit supra ex intentione Nicolai.

Electuarium de sebesten.℞.sebesten recentis
.℥.v. infundantur in lib.i.aque
violarum ⁊ bullant:deinde colatur ⁊ predicte collature
addatur aqua ꝓris idest ꝓreos ⁊ angurie ana.℥.vj.tama
rindorum prunorum siccorum contusorum.añ.℥.v.viola
rum seminum communium frigidorum ana.℥.succi mercu
rialis.℥.iiij.coquantur simul vsq̄ ad consumptionem me
dietatis:⁊ fortiter exprimant ⁊ colentur ⁊ collature ad-
daf penidiorū.℥.viij.diaprunis non solutiui lib.vna ⁊ me
dia:pul.diagredij.ʒ.iij.misce ⁊ fiat electuarium.

¶ Istud electuarium apud nos non est in vsu:sed in Me
diolano vtuntur ipso.Scias ꝙ ego vidi predictum ele-
ctuarium scriptum:sed non apud auctorem autenticum
⁊ ibi ingreditur quedam herba que nominatur chachile
quam Bertolameus in sua descriptione non habet:ta-
men si esset aliquis qui vellet eam ponere declarabo quid
sit chachile.est quedam herba que reperitur in partibus
rome in loco qui dicitur cornetum:folia habet similia
vmbilico veneris.⁊ hec a modernis soldanella vocatur.
⁊ est alia species chachile habens folia similia vermi-
culari ⁊ nascitur in sterquilinijs locis. ista vero non est
ita nota vt altera.

¶ Sebesten.i.māmilla canis.Sera.ca.de sebesten narrat
arborem ipsorū ⁊ de fructu ipsius vicen.ꝙ mochatita ē
rech in arabia ⁊ est arbustū altum super terram habēs cor
ticem cuius color vergit ad albedinē.⁊ fructus ipsius est
sicut granum oliue.iste fructus colligit ⁊ exsiccatur donec
corrugetur.⁊ est illud quo vtuntur in medicina.

Aqua violaruz intelligitur esse illa que fit ex florib⁹ vio
larum per sublimationem in alembico.

Anguria est melon magnus viridis qui apud Auicen.
in secundo canonis vocatur bateg.in tempore antiquo
in partibus nostris non reperiebantur:sed hodie deferun
tur ex venetijs.

Mercurialis est herba satis nota.hec apud Dia.vocat
linozotis Galienus etiam in septimo simplicium dicit.li
nozostida.i.mercurialis Pli.linozostis siue pteris a mer-
curio inuentus est:nō apud grecos ermipozona dicit.nam
multi ex nostris vocant mercurialem.

Diaprunus vel diamasceon a pruns damascenis dicit
descrip 10 ipsius est posita supertius auctoritate Nicola.⁊
ibi videbis ꝙ fit sine diagredio:⁊ cū diagre.illud vero qd
fit sine diagredio appellatur non solutiuū:quando fit cuz
diagredio appellatur solutiuum.

Electuariuz de polipodio ad melā.℞.anisi
liquiritie:dauci:semis leuisticī:
ameos:floꝝ euparorij añ.ʒ.i.s.acori.ʒ.iij.zinziberis: cinamōi:
croci añ.℥.ij.semis anetī:petroselī.apii añ.℥.i.hermoda-
ctilorū.ʒ.i.s.turbith.ʒ.vj.diagredij.ʒ.iij.polipodij.ʒ.iij.
.ʒ.ij.thimi:epitimi añ.ʒ.v.lapidis lazuli:hematitis ppara
torum ana.ʒ.vj.penidiorum.ʒ.iij.ʒuccari lib.iiij.coquant
ʒuccarū ⁊ penidij cum aqua sublimationis ireos vsq̄ ad
decoctionem ʒuccari:⁊ fiat confectio solida.poterit ēt fa
cere in forma liquida ad modum electuarij:deinde ʒucca-
ro liquefacto addantur pulueris.

Istud electuarium non est in vsu.

Polipodium autem dictū est a similitudine flagellorū
pollipi piscis in eminentijs q̄ sunt in ipsis flagellis seu pe
dibus.sed pedes dici possunt.nā radicibus polipodij sūt
similes eminentie.vñ polipodiū quasi polipes. Dia.dicit
ꝙ polipodiū nascit in parietib⁹ humectis ⁊ in ripis.⁊ cir
ca radices arborum vetustatum.⁊ in quercubus.⁊ ppter
id dicitur polipodium quercinū.hoc quidam herbarici li-
quiritiam silustrem vocant.

Hematites.i.lapi qui dicitur ematites siue sāguinaris.
hoc lapide pictores vtuntur.

De confectionibus ac electuarijs secundum Nicolaum
florentinum.

Confectio diacartami in sermone se
cūdo in ca.de cura emi-
tritei valet in euacuatōe colore ⁊ flegmatis.
℞.specierum diagraganti frigidi.ʒ.i.carni-
um citoniorum.ʒ.ij.zinziberis albi.ʒ.i.me-
dulle cartami.ʒ.s.turbith electi.ʒ.ij.diagredij.ʒ.v.manne
granate.mellis rosati ad solem purificati ana.ʒ.iij.ʒuccari
albi.ʒ.xv.fuit confectio in bollis.quorum vnusquisque
fit.ʒ.iij.

Hec ꝓfectio apud nos non est in vsu Petr.argilata in
ca.de podagra siue gutta calida habet vnā aliā descriptio
nē que eadē est. Lumen malelucens describens hāc confe
ctionē dixit eā esse magistralē cū nō sit.vt ei⁹ descriptiōez
sibi vendicaret.⁊ quidem indigne.

Cartamus est croc⁹ hortulanus.cui⁹ flore tingit sericū
ei⁹ semē inter laxatiua ponitur hoc gincus vocat grecus
Dia.vero cinicū Auer.in quinto col dicit elcratis alcar-
tamū.i.semen papaga.ego credo ꝙ vult dicere.qr illd aial
qd vocat papaga comedit ipsum libenter. Mesue de ipso
loquit dicens.melius est illd qd ē albuz ⁊ planū grossū ⁊
plenū.cuius medulla est vuctuosa pinguis ⁊c.

Electuariū sublime cōseruās sanitatē oculo
rū.⁊ cōfortās spiritū visibilem in
claritate sua in libro tertio in ca.de custodia sanitatis ocu
lorū.⁊ de iuuantibus ⁊ nocētibus oculos.℞.herbe adhil
.ʒ.ij.seis feniculi.ʒ.s.macis.cubebe.cinamomi.pipis lōgi
gariofilorū añ.ʒ.i pistent ⁊ cribellētur.⁊ accipe mellis di
spumati lib.i.suci fēiculi cocti ⁊ dispumati.℥.i.suci celido
nie similiter cocti.℥.s.coquātur suci cū melle quousque
mel habeat spissitudinē.⁊ conficiantur cum eo spēs.⁊ re-
teruentur in vase vitreato.

Elect. diacimeū F. ℞ spr. ilā. diatrag. trig.
medulla seminis, hermodactyl. aā ʒ.s. rosar
rub. suc. glycyrrh. cinamōi aā ʒ.i. turpith.
ʒ.ij. diacrydii ʒ.s. succa. ab. aq. ros. solut.
℥ i. parvo tabilet pod. ʒ.iij.s. Dosis ta-
billa vna. Alamia mel ros. ⁊ succaro gum
mato omittit. nec forma ros. Nolia equum potest
potentia, [illegible] dist. [illegible]
[illegible] dolorib. [illegible] arti.

¶ Istud electuarium non est in vsu: sed Nicolaus ipsum laudat mirabiliter.

¶ Herba adhil secundum Nicolaum in libro ⁊ cap. predictis est herba de qua quidaꝫ dicunt q̃ est herba quaꝫ comedunt aquile ⁊ confricant oculos suos: ⁊ dicitur q̃ est eufragia. postea iterum ait. verum alij dicunt q̃ est q̃dam spēs herbe albe: cuius folia q̃n rumpuntur in loco rupture faciunt fila q̃si ad modum bombacis: ⁊ ē amari saporis ab Aui. vocata bōbacum. a quibusdã cassilago: a q̃busdã vt herba verula ⁊ postea dicit verula ē auis ⁊c. neq; p id Nicolaus cognouit qd esset herba adhil. ipse dicit q̃ ab Aui. vocata est bōbacū: de quo nō repit vllū fecisse ca. in scdo cañ. vbi de simplicib⁹ tractat: ⁊ dicit q̃ a q̃busdã cassilago vt: qd nō credo: qr cassilago ē fusg ām⁹: sed fit quomodocūq; pria expositio est melior: hoc est q̃ herba adhil est eufragia: qr in hoc mltū valet. Preterea Matth. fil. in cap. de eufragia ingt fic. eufragia latie arabice herba adhil Mesue in ca. de egritudinib⁹ oculorū laudat ipsam ſ; cōtradicit Jo. Scotegius in cap. de debilitate visus: q̃ ingt. herba adhil. i. fua muscata: sed ſz aliquos eufragia: qd nō creditur: sed mea opinio ē quod adhil fit eufragia.

¶ Celidonia ſm Jsido. ſō dicit vel q̃ aduētu hirūdinum videtur erūpere: vel q̃ pullis hirūdinū ſi oculi auferantur matres eorū illis ex hac herba mederi dicunt. liber qui dicitur bulcasim in tractatu scdo in ca. de mō colligendi lac celidonie: ⁊ extrahendi sucū eius inquit principiū ortus celidonie est quando hirundines incipiunt apparere: ⁊ q̃n desinunt apparere deficcat ⁊ nō apparet. ⁊ ppter hoc appellatur herba hirundinum ⁊c.

Biabutirum exptū in lib. 4. i. c. d tussi. ℞. mell⁹ dispñati. ⁊ butiri añ. ℥. iiij. cimini anisi añ. ℥. ſ. liquiritie. ℥. i. q̃fice in forma loch.

¶ Istud electuariū nō ē in vsu. ⁊ sicut reperi apd Oribasium in ca. de tussi. est ex auctoritate ipsius.

¶ De butiro Aui. in scdo cañ. duo capitula facit. vnū de butiro simplr: aliud de butiro nō recēti Sera. de butiro lacte ⁊ caseo in vno capło loquitur: ⁊ sic ſgt. libē i. lac. ludō. i. caseus: zebd. i. butirū. serum. i. mātega. Papias dic butirum pinguedo q̃ ex lacte colligitur est tamē pinguis. ⁊ solidius oleum ex butiro fit.

Biapigamum in libro gnto in ca. de ifiatione ⁊ tensiōe stomaci. Recipe nitri. piperis. cimini infusi in aceto ⁊ postea torrefacti añ. ℥. iiij. foliorū rute siccorum ad pondus omnium. Confice cum melle ⁊ fiat.

¶ Hec confectio apud nos est multum in vsu. sed nō sub hoc nomine diapigamū. immo sub nomine diapoliticō. quod idem est. Ipse Nicolaus in eodem libro inquit dia pigamum. i. electuarium de rutha. postea i capitulo de debilitate digestionis ponit electuarium de rutha quod idē est cum diapigamo. ⁊ sic dico q̃ electuarium de rutha ſm Nicolaum diapigamum ⁊ diapoliticon idē sunt. de quo infra in diapoliticon Diasco. in capitulo de rutha. ponit descriptionem diapigami que eadem est Macer in ca. de rutha describit diapigamum in versiculis incipiendo. Ex hac antidotū non paucis vtile causis. Conficitur. medici dicunt diapigamon illud. Pigamō in greca nra. qr rutha vocatur. Illius antidoti confectio talis hī. Ponvere iunge pari nitrum piper atq; ciminū. De tribus his tantum de rutha ponito quantū. Sed prius ex acri vino macerare ciminum. Conuenit. ⁊ ferro post assari calefacto. oia deinde simul bene trita ex melle ligabis ⁊c.

¶ Nitrum idest affronitrum. in ista confectione laudatur salnitrum qua vtuntur bombardarij. quia est fortius quam sal panis.

Electuarium de ficub⁹ in eodē libro in cap. de cura colice ex fece ⁊ ē vtile sentbus. ℞. croci hortensis. zinziberis albi mundi añ. ℥. ij. terant ⁊ cribellent. ficuū albarū pinguiū numero xxx. terantur i vno mortario ligneo i modū q̃ nō appareāt grana. ⁊ si non possunt teri bene ferueāt modicū ⁊ ponat cū eis de baurach. i. affronitro ⁊ fece argenti añ. ℥. ſ. ⁊ pistēt oia simul ⁊ incorporentur cū melle dispumato in quo mi sceatur de aqua in qua decocte fuerint ⁊ fiat.

¶ Istud electuarium non est in vsu. sed secundum intentionem Nicolai est vtile sentibus.

Crocus hortensis est crocus affricanus siue hortulan⁹. cuius semen gincus seu cartamus dicitur.

Loch de farfara magistrale. ℞. radicum farfare ʒ.vj. lauentur bene a sordibus earũ. deinde buliant bene donec sint bene cocte. deinde bene pistentur. prius cum dicta aqua dissoluantur zuccari li. j. ʒ. coquantur vsq; ad formam electuarij. deinde addatur pinearum mundatarum. ℥.j. ʒ. passularum. ℥.ij. pistentur in mortario lapideo ⁊ misce cuꝫ siropo suprascripto. deinde adde croci gariofilorum. ana. ℈.ʒ. succi liquiritie. ʒ.i. graxy. cinamõi. macis. añ. ℈j. misce ⁊ fiat loch i forma bona

Hoc medicamen in Papia nõ est in vsu. Immo magis est in vsu in partibus mediolanensibus. sed descriptio ipsius ab auctoribus non reperitur. farfara vero secundum modernos est vngula cabalina siue vt alij dardanam vocant. species ipsius due sunt. vna est iam proxime dicta altera vocata nenufar. vtraq; in aquis nascitur. vna cuꝫ flore albo. altera cum flore rubeo. vt dictum fuit supra in electuario de farfara.

Perfecimus fautore domino sectionem de loch: prosequamur nunc circa sectionem siruporum ⁊ iulep. prestet igitur altissimus nobis gratiam. ⁊ sub vmbra alarum sua rum protegat nos. De Juleb siruptis acerob. secundum. d. Mesue ⁊ alios doctores per ordineꝫ. si deus voluerit describam. que sunt in vsu. ⁊ que non.

Modus operationis iuleb conferentis adustioni febrium. Recipe aque infusionis rosarum. lib. v. zuccari lib. iiij. coquãtur cuꝫ facilitate. ⁊ administretur cum aqua frigida.

Juleb vel iulep arabice est sirupus simplex ex sola aq̃ ⁊ zuccaro vel adhibita aliqua parte aque rosacee. vt inquit Joã. Sera. in septimo Bentilis super quinto cañ. Auic. dicit. iulep arabice iubel grece est sirupus ex sola aqua rosata vel cõmuni ⁊ zuccaro. istud iulep apd̃ nos est multuꝫ in vsu sz nõ vtimur sub nomine iuleb. verũ est ꝙ facimus ⁊ facere debemus ⁊ vtimur sub nole sirupi rosati ex infusiõe rosaꝝ. ⁊ ꝑdictã infusionẽ ipse docet inferi⁹. qñ vo me

dicus ordinat Juleb non intelligitur de ista descriptiõe. sed illud iuleb quo vtimur appebit infra sub noie Juleb. aliud rosarum. Nicolaus ponit sirupũ rosatũ cuius infusio eadẽ est cũ illa Mesue. tñ in dosi non concordant.

¶ Infusio rosarum est illa quam docet idem sub nomine operatio infusionis rosarum aut violarum.

Operatio infusionis rosaꝝ aut violarũ. ℞. foliorꝫ rosaꝝ aut violaꝝ recentium lib. vj. ponantur in vase vitreato terreo stricti orificij. ⁊ fundantur super ea aque calide lib. xv. ⁊ stringatur orificium vasis ⁊ dimittatur per horas octo. tunc denuo colentur. ⁊ in vase iterum tantundem foliorum rosarum recentiũ aut violarum immittantur. ⁊ denuo eadem aqua calefacta super ea mittatur ⁊ stringatur orificiũ similiter per octo horas. deinde coletur. ⁊ si cõseruare volueris ponatur in vase vitreato stricti orificij ⁊ distilletur oleũ in orificio eius ⁊ stringatur caput eius ⁊ exponatur soli diebus. xl. ⁊ dicitur illud mucharus rosaꝝ aut viola. Hec operatio infusionis rosaꝝ aut violarũ est illa de qua fit sirupus rosatus ex infusione rosaꝝ. etiã illo mõ fit infusio violarum pro faciendo sirupũ violatũ ex infusione violarũ vt dictũ fuit supra. ⁊ qñ predicta infusio est cõpleta põt conseruari in vase vitreato ⁊ nõ in vase terreo qꝛ putrefit. ⁊ in hac infusione zuccaro dissoluto ⁊ cocto ꝑm artem possunt fieri confectiões ⁊ alia vt ē diarodon descriptiõe cõi ⁊ ita de alijs.

Modus iuleb violati cõferẽs ad febrẽ ⁊ inflammationeꝫ ⁊ asperitatem pectoris ⁊ tussim ⁊ pleuresim. ⁊ eius operatio est sicut iuleb rosati.

¶ Juleb vt dictum fuit est sirupus simplex ex sola aqua ⁊ zuccaro. ⁊ pp id dñs Mesue dicit iuleb violatuꝫ quod fit ex infusione violarum. ⁊ nos facimus ⁊ nominamus sirupum violatum simplicem siue sirupum violatum ex infusione violarum ⁊ eius modus est sicut modus sirupi rosati hoc est ꝙ pro lib. v. infusionis violarum addantur lib. iiij. zuccari. ⁊ fiat sirupus violatus ex infusiõe. ⁊ est ille de quo intelligitur quando medicus ordinat iuleb violatu simplr. infra apparebit vna alia descriptio que vocatur sirupus violatus compositus qui etiam in vsu est. etiam apparebit aliud iuleb rosatum vel violatum ⁊ fit vtrq; ex aquis distillatis ⁊ non per infusionem.

Juleb aliud rosarum. ℞. aque rosarum lib. iiij. zuccari lib. ij. ⁊ fiat iuleb.

¶ Istud iuleb quod fit ex aqua rosata distillata ab elembico est ille quo vtimur pro iuleb rosato ⁊ est ille de quo intelligitur quãdo absolute ponitur. due descriptiões iuleb posite fuerunt que fiunt ex infusione florum siue rosarum siue violarum. ⁊ nominantur suo nomine. Auic. in quinto cañ. etiam docet facere iuleb cum aqua rosata.

Juleb violatum. ℞. aque violarum lib. iij. zuccari lib. ij. coquantur. ⁊ fiat vt supra.

¶ Simili mõ iste iuleb dꝫ fieri ex aqua violaꝝ distillata sicut fit iuleb rosatũ qd̃ etiã in vsu est. in fundo vasis iuleb violati vel rosati aliqñ inuenit zuccarũ induratũ in fundo vasis. qd̃ vocãt moderni candũ violatuꝫ vel rosarum.

Juleb alchesmes ꝑm eundẽ in sua practica caꝑ. sermo i aqua cicerum ⁊ c. ℞. alchesmes ⁊ decoquãtur in aqua decoctione sufficiẽti ⁊ recipe huius aque partẽ. i. penidiorum partem. ʒ. decoquantur vsq; dum sufficit. ꝑm eundẽ modũ fiat iuleb quod in vsu non est.

¶ Alchesmes vel chesmes scriptũ vt h̃ cum littera. e. sunt passule sine arulis. sed chermes scriptũ cum. r. est grana cũ qua tinguntur panni. ⁊ apud Dia. vocatur coccus.

Sirupus de pomis. ℞. succi pomoꝝ dulciũ ⁊ acerosoꝝ añ lib. v. coquat sucus vsq; ad cõsumptionem medietatis ipsius ⁊ dimittatur per dies. ij. vsq; dũ clarescat. deinde colet ⁊ cũ li. iiij. zuccari fiat sirupus. ⁊ sunt q̃ submergũt in suco setã tinctã ex chermes. i. granis cũ quibus tinguntur panni ante succi depurationẽ vsq; dũ rubeat ⁊ recipiat virtutẽ tincture. ⁊ est excellẽtior.

¶ Iste sirupus apud nos est multum in vsu. ⁊ maxime ꝑm istam descriptionem qua dr̃ sirupus de suco pomoꝝ vel sirupus de pomis simplex ad diam alterius descriptionis que vocatur de pomis compositus de qua infra. fol. 35.

For. pared kino (syn. cũ additiõ. ℞ suc. mafor. acidodulcis granatorũ lb. q. (suc. violarũ, buglos. domestici ⁊ syl. aq (tilla. rosar. aa lb ij. coq. cum d. pm. ⁊ col. deinde add. (sacchar. albi lb. ij. coq. in forn. ꝛõpsõtes vapores melancholicos generãtes a fumosis.

¶ Sucus ꝑm Isido. in cap. de potu dictus est ꝙ suco exprimatur vt ptisane. Pli in ca. de generibus succorũ ⁊ de odore ait. interim que sunt cõia ex pomis omnibus succis saporum genera tres decem reperiuntur dulcis suauis pinguis amarus austerus acer acutus acerbus salsus ⁊ c.

Mesue inquit ꝙ sunt aliqui qui submergunt setaꝫ tinctam ex chermes in isto sirupo. ⁊ est excellentior. sed raro apud apothecarios fit per illum modum.

Sirupus de piris modus eius est sicut sirupi de pomis. sed non est in vsu.

Auic. in quinto canonis habet vnam aliam descriptionem que eadem est idem in quarto canonis in fen. prima in capitulo de cura morbili. laudat ipsum sub nomine sirupi de altelea. nazꝫ altelea vt exponit in suis sinonimis sunt pira. ⁊ sirupus de altelea. i. de piris vt exponit etiam Joã. arculanus super illo passu.

Pirus vocata videt ꝙ in igne spẽm formata. nam hoc genus pomi ab amplo incipit ⁊ in augustum finit sicut ignis. pirus autem arbor. fructus eius pira sunt.

Sirupus de citonijs valet sicut sirupus de piris ⁊ est idem modus vtriusq; hoc est pro qua libet. lib. i. suci citoniorum purificata adde lib. j. ʒ. zuccari ⁊ fiat ꝑm artem ⁊ vocetur sirupus de suco citoniorum.

Citoniũ vo est fructus satis notus. Mesue hꝫ hoc sirupum de citonijs qui apud quosdã est miua citoniꝝ simplex. tñ idẽ iterum ponit descriptionẽ miue citoniꝝ. que potest fieri cum spẽbus ⁊ sine speciebus. Auic. in. v. distinctione de sirupis hꝫ sirupum de citonijs. ⁊ dicit ꝙ est miua. quidam sapientes dixerũt ꝙ si necessitas fuerit in operando loco sirupi de suco citoniorum. potest dari miua citoniorum sine speciebus. tamen differunt inter se.

Sirupus de suco acetose. Recipe suci acetose purificati lib. iij. zuccari lib. ij. fiat sirupus secundum artem.

Iste sirupus est multuꝫ in vsu. acetosa vero est herba satis nota. cuius hortus est in pratis folia ipsius dum sunt viridia manducant apud Dia. ⁊ Seraꝑ. vocatur lapaciuꝫ sicut patet si legatur vtriusq; caꝑ. de lapacio cum acetosis apud Auic. Gulielmus placentinus inquit. ribes. i. acetosa vel acetosella. hic textus Gulielmi est falsus. nam ribes non est acetosa sicut patet per Serapionem ac Aui. qui de vtraq; capi. faciunt verum ad necessitatem vnum pro alio potest poni. tamen idem non sunt.

Sirupus de suco cucurbite. Recipe cucurbitã magnam ⁊ inuoluãtur pasta ⁊ decoquat in furno ⁊ recipe expressionis eius lib. v. zuccari albi libr. iij. misce ⁊ fiat sirupus. Iste sirupus non est valde in vsu. Cucurbita vero cõmuniter satis est nota. reperitur alia cucurbita dicta siluestris apud herbaticos. ⁊ hec apud Diasco. vocatur ampellos leuce idest brionia.

Sirupus de granatis acetosis valet contra febres colericas. ℞. succi. granatoꝝ acetosorum purificatorum lib. v. zucc. albi lib. iij. sirupus ꝑm artem.

Iste sirupus secundum plurimum est ille qui nobis est in vsu. tamen quia idem describit vnam aliaꝫ de granatis dulcibus ambas describam.

Granatũ maliũ. i. pomũ granatũ. Sera. ca. de granatis ex auctoritate Gal. ingt. ꝙ sunt ex eis acetosa ⁊ dulcia ⁊ virtus cuiusq; eoꝝ est ꝑꝫ suũ saporẽ ⁊ sapor totius granati ⁊ granorũ ipsius ē plʒ stipticus q̃ꝫ sapor succi eius ⁊ pluris deficcationis. reperitur aliud granatum. cuius sapor est muzus. s. cui⁹ sapor ē mixtus ex dulcedie ⁊ acetositate.

Sirupus de granatis dulcibus. ℞. succi granatorũ dulcium purificatorum lib. v. zuccari lib. iij. ⁊ fiat vt supra. sed sunt qui emergunt in suco setam tinctam ex chermes. i. grana cum qua tinguntur panni. ⁊ excellentior inter has duas descriptiones sirupi de granatis sed secundum plures prima est nobilior.

Petrus de crescẽtijs ingt. mala punica sunt mala granata q̃ nota sunt. ex qb⁹ q̃dã sunt dulcia. q̃dã acria siue acerosa. q̃dã mediocris saporis inter dulce ⁊ acrũ cõposita.

Sirupus de corticibus citri. ℞. corticum pomoꝝ citri recentium lib. i. decoque cum lib. v.

aque fontium vsq; ad consumptionem duarum partium. ⁊ cum lib.j.zuccari fiat sirupus ⁊ conditur.ſ. aromatizetur cum gra.iiij.musci:⁊ sunt qui in iuleb proijciuntur ex corticibus citronorum partes cõueniẽtes ⁊ proprie quando vicinatur cõpsoni cocture eius est delectabilis.⁊ quando submergitur in aqua decoctionis citri seta tincta ex chermes.ſ. granis tinctorum tunc est excellentior.

Iste sirupus apud nos est in vsu. citrum vero apud arabes vocatur hateogi. Serapio in capitulo de citro ait. ex auctoritate Gal.fructus huius arboris nominatur in greco pomum aque. Item in septimo inquit. mille medicamentorum. citrus huius fructus nondum pomus medicum sed citrũ ab omnibus nominatur.

Sirupus de cetositate citri. ℞. suci acetositatis citri.lib.j.ij. decoque in vase vitreato super prunas cum facilitate vsq; dum cõsumatur tertia pars ipsius. deinde coletur ⁊ dimittatur donec clarificetur ⁊ accipe ex eo quod est clarum lib.vij.⁊ funde super ipsum ex iuleb claro ⁊ depurato lib.v.⁊ coquatur donec inspissetur: si autem estas fuerit dimittatur in sole donec eius acetositas consumatur.

¶ Iste sirupus de acetositate citri est multũ in vsu. ⁊ debz fieri cum magna diligentia.apud nos generaliter faciunt ipsum in hiemali tempore apud festum natiuitatis domini nostri iesu christi. qr illo tpe citri deferuntur ex ianua ad nos:tunc faciunt sirupum.

Sirupus de agresta modus operatiõis eius est sicut sirupi de acetositate citri: ⁊ quidam conditur cum gariofilis.

¶ Iste sirupus est in vsu. Auic. in quinto canoñ. hz vnam aliam descriptionem ⁊ est fere eadem. Etiã Franci. de pedemontium in capitulo de cura male cõplexionis stomaci cum materia simplicis ⁊ composite habet vnam aliam descriptionem que eadem est cum illa. d. Auic.

¶ Mesue dicit q; modus operationis eius est sicut sirupi de acetositate citri. ⁊ sic est q; accipiat lib.xij. suci vue.acerbe ⁊ decoquantur lento igne vel ponantur ad solem vsq; ad consumptionẽ tertie partis. deinde coletur ⁊ dimittat donec clarescat tunc accipe ex eo.ſ. suco quãdo erit clarus lib. vij. zucca. clarificati sicut iuleb lib.v.⁊ coquãtur simul vsq; ad perfectam cocturam ⁊ reseruentur.

¶ Due plura sunt genera sed hic intelligũtur ille que in colore sunt citrine ⁊ ruffe. ⁊ dicunt sapientes q; predicte vue dñt esse ex illis ex qbus fit agresta. Albucasim in tractatu scdo docet modũ extrahẽdi sucũ vue acerbe. Pet. de crescẽtijs inquit:agrestũ fit duplex liquidũ ⁊ siccũ. agrestum liquidum fit hoc modo. cum vue sunt acerbe vsq; ad debitum vel quasi peruenerint ad augustum colligũtur ⁊ pistant ⁊ in mastellũ vel tinaz vel aliud vas ponuntur ad solẽ ⁊ in eis aliquid de sale ponatur. postq; duos dies vel tres ad solem steterint accipitur sucus ⁊ repositus vsui reseruatur. ⁊ quidã sal non ponunt. sed cum eo melius reseruatur ⁊c. ibi etiam docet facere agrestum siccum.

Sirupus de granis mirti. ℞. suci granorũ mirti purificati lib.vij.zucca. albi libr.v. fiat sirupus secundum artem.

¶ Iste sirupus apud nos est in vsu.mirtus ẽ arbor.semen vero ipsius dicitur mirtillus. species eius due sunt. scilicet alba ⁊ nigra.idem posses dicere domestica ⁊ agrestis : domestica vero est mirtus que semen nigrum habet. agrestis est cubebe. que alio nomine mirtus alba appellatur. ⁊ ambe sunt note.

Sirupus de albalac. ℞. albelac ⁊ enucleentur ⁊ cõterantur ⁊ coquantur vsq; ad cõsumptionem duarũ partiũ. ⁊ fiat sirupus cũ zuccaro fm artem.

¶ Iste sirupus apud nos non est in vsu. Joã. Serapio in suo antidotario habet vnam aliam descriptionem albelac vel belac secundum opinionem plurium doctorum sunt dactili immaturi. alij dicunt q; sunt anacardi. quod ignoro. Matheus siluaticus inquit. albelac est species dactilorum ⁊ sunt dactili immaturi .ſ. acetosi. Nicolaus florẽtinus in libro quarto i capitulo de squinãtia dicit albelac.ſ. aldela .ſ. dactili immaturi. ⁊ hec communis est opinio.

Sirupus de papauere. ℞. papaueris albi ⁊ nigri ⁊ proprie capitũ eorũ añ.z.lx.⁊ decoquantur in libr.iiij. aque pluuialis vsq; dum redeat ad lib.j.s.⁊ cum zuccari albi.⁊ penidiorum añ.z.iiij.⁊ fiat sirupus.

¶ Iste sirupus secundum intentionem doctorum non est ille quo vtimur.sz ille quo vtimur est sirupus de papauere compositus. cuius descriptionem idem describit. de quo infra. Nicolaus habet vnam descriptionez. sed non est in vsu. Auic. habet duas in quinto canonis. sed non concordant cuz ista nec in vsu sunt. Miror q; illud lumen vel veritas tenebra apothecariorum posuerit descriptionem sirupi de papauere ex auctoritate Mesue. sed non concordat descriptio sua cum illa domini Mesue. Rasis in libro diuisionum in capitulo medicinarum tussis asmatis ⁊ sanies habet vnam aliam descriptionem sed non est eadem.

Papauer quando simpliciter reperitur de semine papaueris albi intelligitur. Macer inquit. Dicunt vim gelidã siccamq; papaueris esse. Tres illi tribuũt species. flos vnus albus. Alterius roseus rubeus palenisq; minoris flos est. hanc vulgo dicunt agreste papauer. Nobilior cunctis est semen que gerit album.⁊ florem. hoc est notum.

Sirupus denarij.⁊ eius interpretatio ẽ sirupus de bisantijs. Recipe suci endiuie suci apij. ana lib.ij. suci lupuli. suci boraginis aut buglose. añ. lib.j. buliant ebulitione vna ⁊ diſpumentur ⁊ depurentur. Recipe eorum depuratorũ lib.iiij.zuccari taberzet.ſ. albi lib. ij.s.⁊ coquatur cum facilitate donec fiat sirupus.⁊ quandoq; ad omnem partem suci depurati ponitur aceti boni albi ⁊ clari pars.s.⁊ quandoq; buliant in sucis foliorum rosarum.ʒ.ij.liquiritie.ʒ.s.spice.ſ. nardi.ʒ. j. anisi feniculi. seminis apij ana.z.iiij.⁊ est mirabilis.

Iste sirupus est in vsu.sub nomĩe sirupi de bisantijs. nõ autẽ dicitur sirupus de bisantijs q; in ipso blactebisantie ingrediuntur. sed potest dici de bisantijs a loco quodam nominato bizantium in cõfinio macedonie. vt dicit Gentilis super quinto canonis. A Diasco. autem in capitulo de purpurea marina idest blacta bizantia ait. q; bizantium est quidam locus in quo primum inuenta fuit blactabizantia.⁊ ideo bizantia a quodam loco potest appellari. Papias etiam dicit bizantium est vrbs thracie a pausania rege sparthanorum condita. post a Constantino principe in maius aucta constantinopolis nuncupata. est totius caput orientis. Joannes tortelius inquit. bizantium prima cum y greco sequentem consonante. penultima cuz t. exsili ⁊ ſ. latino scribitur. vrbs est thracie maritima a pausania sparthanorum rege prius condita. vt testatur Justinus libro suo epithomatis nono. nunc vero constantinopolis a Constantino imperatore qui eam adauxit ⁊ exornauit vocat. idez etiã notat supplementũ cronicarũ libro quarto.etiam alio vocabulo potest dici q; bisantius est genus denarij vel ducati. Unde Guarinus veronensis ait. bizantium vel bizante olim dicta est constantinopolis inde bizantius bizantia bizantium vel bizanteus bizantea bizanteum. idest constantinopolitanus. hinc etiam adhuc moneta istius ciuitatis dicitur hic bizanteus vel hic bizantius.⁊ sic Mesue vult q; per bisantium intelligamus denarium.⁊ hoc quia iste sirupus apud medicos est carissimus.⁊ etiam apud infirmos propter vtilitatem que reperit in ipso sicut bizantij vel denarij. sunt carissimi apud homines.⁊ iste sirupus potest fieri cum aceto ⁊ sine. sed sine aceto est magis in vsu.

Si autem sirupum de bisantijs cum aceto facere voluerit addatur pro qualibet libr.sirupi de bisantijs sine aceto lib.s.aceti boni.⁊ iterum coquatur quod tunc appellatur sirupus de bisantijs cum aceto. sed quando doctor ordinat sirupum de bisantijs simpliciter de illo qui fit sine aceto intelligitur.⁊ illos sucos qui in ipso ingrediuntur. oz conseruare per totum annum ad necessitatem trocisorum de eupatorio ac aliorum.

Sirupus acetosus. ℞. zucca. boni albi libr.v.⁊ funde super illud in vase lapideo aque fontiũ dulcis ⁊ clare li.iiij.⁊ decoq; sẽp abijciẽdo spumã eius ⁊ sit ignis i q; cogat prunaz aut tenuis flame sine fumo

⁊ decoque hoc modo donec clarificetur ⁊ diminuta sit aq; sicẽ medietas eius. deinde funde super ipsum aceti vini albi clari lib.ij.in leui ⁊ forti lib.iiij.⁊ in mediocri lib.iij.⁊ da et post illud perfectionem ⁊ cocturam.

Iste sirupus ẽ multũ in vsu. Mesue dicit.fmo i sirupo acetoso dicẽs q; iã magnificata ẽ inter vñicatores vt sirupi acetosi.⁊ excellentia eius.ſ. in cõitate ⁊ posse ipsius in materias calidas ⁊ fridas ⁊ subtiles ⁊ grossas ⁊ viscosas siue adherentes ⁊ c. iste est sirupus acetosus simplex Galienus in libro secretorũ hz vnã descriptionem sirupi acetosi que ꝓseruat sanitas corporis. sed nõ sũt idez Aui. in.s. habet multas descriptiones. sed non sunt in vsu.

Acetum.ſ. oxos.oxi vero grece est acutum Sera.ca.de aceto ex auctoritate Dia. dicit quod infrigidat ⁊ stipticat ⁊ est bonum stomaco.⁊ prouocat apetitum. Petrus de crescentijs docet qualiter fit acetum ⁊ de virtute eius. Liber qui dicitur albulchasis in tractatu secundo in capitulo de preparatione medicinarum que fit ex plãtis inquit. modus diuisandi aquam ex squilla que occidit mures ⁊ que ponitur in medicinis.ex qua fit sirupus acetosus hic intelligitur quod ex aqua distillata ex squilla debet fieri sirupus acetosus. sed ista non est intentio dñi Mesue ipse dicit aceti vini albi clari.⁊ non dicit aquam factam ex squilla. vt vult Albulchasis Gal in suis secretis dicit.saturelli idest acetum acetosum.⁊ hoc est in capitulo ꝺ stricturа anhelitus.⁊ doloris stomaci.

Sirupus acetosus cum radicibus. ℞. aq; fõtiũ clare lib.x.⁊ pijce sup ipsã radicis feniculi.apij.endiuie.añ.ʒ.iiij.anisi semis feniculi.apij añ.ʒ. .viij.seis endiuie.ʒ.s.coquatur cum facilitate vsq; dũ veniat ad lib.v.tunc proijce super ipsaz zuccari boni lib.iij. ⁊ clarificetur sicut prius.deinde funde super ipsam aceti boni quantitatem sufficientem iuxta modum superioris doctrine ⁊ da vbi oportet.

Iste sirupus est in vsu.sed non vtimur sub nomine sirupi acetosi cum radicibus generaliter faciunt:⁊ facere debent apothecarij sub nomie sirupi acetosi cõpositi vel sub nomine sirupi de duabus radicibus:tamẽ Mesue habet tres radices:quod non est consonum:sed error hic est q; radices cõmunes sunt ad numerũ quique videlicet feniculi:apij:petrosilij.bruscl:⁊ speragi: de quarum ex istis quinque nisi due ingrediũtur in isto sirupo:⁊ propter id nomiatur sirup⁹ de duab⁹ radicib⁹.endiuia vero nõ ponit in numero istarum quinque.

Sirupus de cãnis. ℞. suci granorũ dulciũ lib. .iij.aque malorum de seni:⁊ aqua cãnarum zuccari aut penidiorũ ana.lib.i.s.⁊ fiat sirupus.

¶ Iste sirupus non est in vsu. Mesue habet sirupum de cannis.scilicet de canna de qua fit zuccarum. quidaz mel canne vocant.hec in Sicilie partibus reperitur. Sicilia insula est prope sardiniam.ab oriente cingitur mari adriatico.a meridie africo ⁊ ab occidente forma cannarum zuccari est sicut forme cannarum mellice fortis ⁊ intus:sed si canna mellis dulcem gustum reddit. canna vero mellice habet contrarium.

¶ Malum seni siue mororum de seni sunt moroni grossi de quo fit diamoron.

Sirupus de portulaca. Recipe suci endiuie cocti depurati lib.iiij.seminis portulace .ʒ.xij.terantur semina ⁊ fundatur super ea sucus ⁊ dimittatur in vase lapideo per diem ⁊ noctem ⁊ coquatur cum facilitate vsq; ad medium:⁊ addas zuccari lib.ij.fiat sirupus:⁊ quandoq; additur aceti lib.i.aut suci malorũ granatorum acetosorum lib.i.fiat sirupus.

¶ Iste sirupus nõ est valde in vsu:⁊ potest fieri per duos modos.vz.si accipiatur sucus endiuie coctus ⁊ depurat⁹ ⁊ addas zuccarũ tunc est sirupus de suco endiuie:si autez addas alia tunc est sirupus de portulaca.

¶ Portulaca fm circa instãs habet maiorem efficaciam viridis q; ficca Sera.cap.de portulaca nominatur herba stulta parpitella. Hec apud Dia. vocat andragne. Macer ait.andragnis grece que portulaca latine dicitur hec vulgipes pulli more vocatur.

Sirupus ꝺ viol. ℞. violar.ʒ.ij.seminũ citoniorũ seminũ malue añ.z.viij.iuiube sebestẽ añ.nũero.xx.⁊ coq; cũ lib.vj.aque cucurbite vsq; ad tertiã partẽ.⁊ cũ lib.i.s.zuccari fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est in vsu.sub nomie sirupi de violis cõpositi:sed quando doctor simpliciter ponit Recipe sirupi de violis:intelligitur de illo qui fit ex infusione v olarum:cuius descriptionem vide supra.idem Mesue i sua practica in capitulo.sermo in aqua cicerum habet duas descriptiones:sed ista est nobilior illis.

¶ Viola fm Mesue ẽ medicina temperata ꝓueniẽs ⁊ fit y eam male qualitatis permutatio ⁊ nẽ soko melior est q; cũq; est ex primis:quam non inuenit calor resoluẽs vtutẽ aut pluuia dissipans. Isidorus inquit viola propter vini odoris nomẽ accepit cuius genera sunt tria.⁊ sũt hec purpurea leuce.ſ. alba.cheiri.ſ. viola citrina dicta saracẽica:⁊ omnes sunt note:secundum circa instans omni anno viola debet renouare.

¶ Malua.ſ. semen quod satis est notũ. Pli. ait malue satiue ⁊ siluestris duo sunt genera amplitudine foliorũ discernuntur maiorem greci malopen vocant in satiuis altam a molliendo ventrem malachen vocant e siluestribus cuius grande folium ⁊ radices albe altera vocatur ab excellentia effectus Sera.ca.de malua dicit chubeze: idest malua. Auicenna in secundo de cubeze capitu. facit ⁊ inquit:q; est species malue:⁊ dicunt q; cubeze est siluestris ⁊ maluchia est domestica ⁊ cubeze quidez est species quedam que dicitur muluchia arborea: ⁊ ipsa est altera ⁊ est olus iudaicum:⁊ non est longum qum fit species eius ⁊ est melior que fit in ipsa ⁊c.

Sirupus de iuiubis. Recipe iuiubarũ lib.x. violarũ:seminis malue añ.ʒ.v. capillorum veneris.ʒ.i.seminum citoniorum papaueris.ſ. semen papaueris albi.melonis.lactuce.dragaganti añ.z.iij liquiritie. ordei mundi ana.z. viij.decoque in lib.iiij.aque fontiũ ⁊ cum lib.ij.zuccari fiat sirupus.

Iste sirupus est in vsu.⁊ maxime fm istaz descriptionẽ. Idem in sua practica in cap.de asmate habet vnam aliam descriptionem ex auctoritate hamee ⁊ est fere eadem.tamẽ ista est nobilior illa.

Iuiube apud Auic.in sexto canoñ.meliores sunt maiores eaz Dia.nominat zizifa.sed de forma ipsius non loquitur. Auenzoar in ca.de fractura ossis causa doloris dicẽ iuiube q arabice dicunt aupini hz fructũ sicut cornu q; apud omnes satis est notum.

Capillus veneris secundum mesue dicitur apud quosdam capillus fontium.⁊ dicitur capillus hominis nemoralis.capillus veneris vero est debilis in aqua ⁊ virtus eius cito tollitur.

Sirupus de papauere. ℞. papaueris albi ⁊ nigri añ.z.l.capillorum veneris.z.xv.liquiritie.z.v.iuiube numero.xxx.seminis lactuce.ʒ.xl. seminis malue:seminis citoniorum añ.z. vj.coquantur in lib.iiij. aque vsq; ad duas.⁊ cum zuccaro ⁊ penidiorum añ.ʒ. .viij.fiat sirupus.

Iste sirupus est ille qui nobis secundum plurimum vsu venit suprapositа fuit alia descriptio ex auctoritate eiusdem.sed non est ita in vsu.idem in cap.de tussi habet tres descriptiones.sed non sunt in vsu.nec eadem.

Papauer sicut inuenit in.7.simpliciu apud Gal.sunt multe spẽ.nã ingt micon.i.papauer.ſ. albũ micron caratideos.i.papauer cornutũ noiatũ. quidẽ fic a fructu breuem gnexionẽ habẽte.sicut fenugrecum.vt assimilet cornu bouino vocatur.⁊ est aliud quod dicit micõ trathia.i. papauer herchuleũ vocatur.aũt ⁊ spumosũ.qm̃ totũ albũ est ⁊ spumosum paruum.fm circa instans semẽ papaueris albi ⁊ nigri seruatur per decem annos.

Sermo in aq; mellis. ℞. melli bõi ⁊ mũdi. ⁊ ꝓprie cui⁹ color ẽ sicut color palee.⁊ qõ est iter tenue ⁊ spissum.⁊ qõ est boni odoris.⁊ quod est modice acuitatis.⁊ quod non est antiquum.⁊ fit ei⁹ lib.i.⁊ ponipsum in vase lapideo aut vitreato.⁊ funde sup ipsũ aque fontis dulcis.⁊ clare lib.viij. Et coque ipsum cum facili-

tate: ⁊ auferatur spuma eius: ⁊ nõ dimittatur super ipsum multiplicari: immo quancito apparet auferat. deinde coletur colatorio denso de panno ⁊ vtere secundum q̃ ipse docet. Et sunt ex hominibus qui aromatizant illam cum speciebus alefangineis: sicut zinzibere: croco: cinamomo mace ⁊ similibus: ⁊ sunt qui aromatizant cum galla muscata ligno aloe ⁊ similibus.

¶ Mesue inquit quod posuerunt antiqui diuersitatem in aqua mellis: qui locuti sunt de ipsa: ⁊ scripserunt ei iuuamenta plurima que sunt in ea: quia sitim sedat ⁊ multa alia: vt videtur ibi: hec apud nos est in vsu. quidam existimant quod sit mellicratum: quod ignorat: quia idez aliud capitulum facit de mellicrato. de quo infra etiam idromel apud grecos est aqua mellita. Rasis in nono Almansoris in capitulo de collica habet modum faciendi idromel. ⁊ est quasi idem. Auicen. in quinto can. habet duas descriptiones sirupi de fauis mellis: ⁊ idem est cuz idromelle secundum descriptionem Joã. Serapi. ⁊ sic si legis vtriusq; descriptiones videbis q̃ sirupus de fauis mellis apud Auicen. cum idromelle apud Joã. Sera. sunt idem.

¶ Mel secundum Diaſ. est ros celestis quem apes colligunt. Isidorus in cap. de escis dicit. m. l grece appellatum est quod ab apibus nomen habere probatur. nã apis grece mel esse dicitur. ⁊c. ¶ Mel secundum intentionem Mesue melior est quod odorem palee habet: ⁊ quod est interrenue ⁊ spissum: ⁊ quod est boni odoris. secundum autem serapionem. bonum est cuius color tendit ad rubedinem neq; est nimis liquidum: ⁊ quando imiseris in eum digitum adheret digito ⁊ venit cum eo: ⁊ melius quidem mel est mel veris. deinde mel estatis. mel vero hiemale est malum. Aui. laudat illud quod est vere dulcedinis. boni odoris declinantis ad acredinem: ⁊ ad rubedinẽ: ⁊ quod est vt palea in colore. quod non est subtile. viscosũ q̃ nõ abscindit. ⁊ melius est vernale. deinde estiuum. hiemale autem est malum. idem ait Serap.

Secaniabin purũ. ℞. mellis boni lib. ij. aceti boni lib. i. aque fontiũ clare ⁊ est dulcis lib. iiij. ⁊ quandoq; exigit dispositio vt addatur ad quantitatem aceti. sicut te scire fecimus in capi. de sirupo acetoso. ⁊ operatio est vt accipiatur mel ⁊ aqua. ⁊ abijciatur spuma eius. deinde fundatur super illud acetum ⁊ decoquantur. ⁊ non dimittatur eleuari. ⁊ excrescere super ipsum spuma eius immo auferatur omni hora ⁊ clarescat. ⁊ cum coctum fuerit reconde.

¶ Iste secaniabin vl squingebin ẽ in vsu. sed nos vtimur sub nomine oximellis simplicis. Simon ianuensis dixit. squingibin arabice est sirupus acetosus siue mellinus. q̃d est oximel ⁊ sic sapientes hodierni faciunt oximel simplex secundum istam descriptionem de secaniabin puro. ⁊ sic debet fieri: vide Mico. in suo antidotario. nam habet scriptum oximel simplex. quod idem est.

Secaniabin d̃ radicib⁹. ℞. corticũ radix apij feniculi aã. ℥. ij. seis anisi. feniculi. apij ana. ℥. i. mundentur cortices. conterant. ⁊ proijciãt super eas in vase lapideo aceti boni antiqui ⁊ albi lib. x. aque lib. xij. ⁊ dimittatur p diem ac noctem. deinde coquatur donec eius tertia consumatur. postea colet ⁊ proijciat super ipsum mellis quod sit medietas eius. coquatur cum facilitate. sicut superius diximus.

¶ Secaniabin sicut dictum fuit est oximel. ⁊ propter secaniabin de radicibus est oximel. ⁊ ẽ quo moderni p oximele composito vtuntur. oximel vero ſm Isidorum appellatum. q̃ aceti ⁊ mellis permixta conficiatur materia vnde ⁊ dulcedinem retinet ⁊ acorem. idem in capitulo de pleuresi habet vnam aliam descriptionem ex auctoritate Saſ. ⁊ ibi habet mellis ⁊ zuccari sulement. i. illius regionis. ſz non sunt idem nec vtimur illa.

Sirupus de mẽta ex intẽtione nſra. ⁊ est excellentior priore. ℞. suci citonioꝝ muzorũ. ⁊ est sapor cõpositus ex dulci ⁊ acetoso suci citoniorũ dulc. suci granatoꝝ acetosoꝝ. ⁊ dulciũ ⁊ muzoꝝ ana. lib. i. ſ. pijciatur super eos mẽte sicc. lib. i. ſ. foliorũ rosarũ. ℥. ij. ⁊ dimittant per diem ⁊ noctem: deinde coquantur cum facilitate vsq; ad mediã. ⁊ cũ mellis vel zuccari lib. ij. fiat sirupus ⁊ aromatizetur cum gallia. ſ. gallia muscata.

¶ Iste sirupus est ille qui est in vsu. idem habet vnam aliam descriptionem. sed ista est excellentior priore. Auicenna in quinto canonis habet vnam descriptionem. sed non vtimur illa.

¶ Menta apud Dia. vocatur edioſmum. mente aũt gene ra sunt quinq; ſ. mẽta domestica que ppie hortulana dicitur vel cõis. vel odorifera. ⁊ ẽ alia siluatica que mẽtastrũ siue calamentũ fluuiale dicitur. ⁊ est alia dicta balsamita siue menta aquatica. ⁊ hec iuxta aquas reperitur. ⁊ ẽ alia cuius folia fiunt nigriora alijs. ⁊ hec dicitur menta romana vel saracenica. ⁊ est alia dicta menta non odorifera. ⁊ hec est calamentum. ⁊ omnia ista quinq; genera debẽt poni in vnguento marciaton de quo infra.

Sirupus de absinthio. ℞. absinthij romani lib. ſ. foliorũ rosaꝝ. ℥. ij. spice. ʒ. iij. vini albi boni antiqui ⁊ odoriferi. suci citoniorum aã. lib. ij. ſ. ⁊ dimittantur per diem ⁊ noctem in vase lapideo. deide coquantur cum facilitate vsq; ad mediietatem. ⁊ cum mellis lib. ij. fiat sirupus expertus ⁊ nobilis.

¶ Iste sirupus est ille quo vtimur idem describit vnã aliã descriptionẽ. sed ista est nobilior. Absinthium ſm eundez Mesue ẽ multiplex. sed illud quod intendimus nunc ẽ absinthium romanum. Isidorus ait absinthium grecũ nomẽ cuius pbabilius est q̃ in ponti regione nascitur. vnde absinthium ponticum nominatur. Diasco. absinthiũ est omnibus notum cuius probabilius ẽ ponticum ⁊ cappadocum nascens in monte. vnde nomen accepit. Maliabbas i practica vocat ipsum bulengi.

Sirupus de fũoterre maior. ℞. mirab. citrinoꝝ chebuloꝝ aã. ʒ. xx. boraginis vl buglose. violaꝝ absinthij cuscute. i. podagr. lini aã. ℥. i. liqritie rosarũ ana. ℥. ſ. epithimi polipodij ana. ʒ. vij. prunorum numero. c. passularum enucleatarum lib. ſ. tamarindorũ cassie fistule ana. ℥. ij. hec omnia bulliant in aque lib. x. vsq; dũ deueniant ad lib. iij. ⁊ cum suci fumiterre cocti ⁊ depurati ⁊ zuccari ana lib. iiij. fiat sirupus.

¶ Iste sirupus de fumoterre maior est ille qui ẽ in vsu ⁊ habet maiorem efficaciam q̃z minor. Fumusterre secundum eundem ponitur inter medicinas benedictas. sed de forma herbe ipsius non loquitur. ⁊ hoc est quia credo q̃d sit nota omnibus. Circa instans dicit. fumusterre dicitur quasi fumus a terra in multa quantitate emittitur. dicitur autem fumusterre. q; generatur a quadã grossa fumosita te a terra resoluta ⁊ q̃z to viridior ẽ tanto melior. ⁊ in sicco nulla ẽ efficacia. Aui. in scdo can. ingt fumusterre melior est ille q̃ ẽ viridis recens acutus amarus ⁊c. ¶ Mesue dicit boraginis vel buglose quasi dicat. pone vnũ p alio ex istis duob⁹. q; i virtute ⁊ spem fere conueniunt. ambe confortant cor. sicut ẽ notum.

Sirupus de ligritia. ℞. ligritie. ʒ. ij. capillorum veneris. ℥. i. ysopi ficce. ℥. ſ. pijce super illud aque lib. iiij. ⁊ dimittantur die ⁊ nocte. deinde coq̃ntur vsq; ad mediam partem. deinde pijce sup illd̃ mellis ⁊ zuccari. ⁊ penidiorũ ana. ℥. viij. aque rosate. ℥. vj. fiat sirupus ⁊ administretur.

¶ Iste sirupus apud nos est multum in vsu.

Liquiritia vero apud Diaſ. vocatur liquiritia. glicoritia vero reperitur in multis libris de greco translatis. q̃d est dictum dulcis radix. nam glicon dulcis rīza radix. Isido. inquit glicirica grece ex eo dicta q̃ dulcem radicẽ habeat eadem ad ipsos. q; sitientibus sitim sedat. hec est satis nota. Salie. in septimo simplicium ait. ghus. i. liquiritia id quod est vtile de hac planta est sucus radicis eius. Mesue habet in isto sirupo aque rosate q̃ sapientes volunt intelligi aquam rosaram distillatam per elembicũ. q̃dam vero dixerunt q̃ intelligitur de aqua que fit ex infusione rosarum. sed non est credendum.

Sirupus de ysopo. ℞. ysopi. fice. radicũ apij. petroselij. ʒ. ſ. seis malue. dragãti. seis citoniorũ ana. ʒ. iij. capillorũ veneris. ʒ. vj. iulubarus. sebesten aã. numero. xxx. passularũ enucleatarũ ʒ. xij. ficuũ siccarũ ⁊ dactilorũ pinguiũ aã. numero. x. albarum penidiarũ lib. ij. ⁊ fiat.

Iste sirupus est in vsu: ⁊ maxime ſm istã descriptionez. Idem Mesue in capitulis de tussi habet quatuor vl quinq̃ descriptiones sirupi de ysopo. quarum nulla cõmixta concordat. nec etiam inter se.

Ysopus ficca ad differentiã ysopi humide dicit. que est sordes aggregata sup lanã. Isidorus ysopus herba puriãdis pulmõibus apta. vnde ⁊ in veteri testamẽto p ysopi fasciculos aspergebantur agni sanguine. quos mundare volebant. de ipso vide supra in diaysopo.

Sirupus d̃ prassio. ℞. prassij. ʒ. ij. ysopi capillorũ veneris aã. ʒ. vj. ligritie. calamẽti. anisi aã. ʒ. iij. seis. lini. seis citoniorũ aã. ʒ. ij. passularũ enucleatarũ. ʒ. ij. ficus siccas pingues numero. xv. penidiorũ lib. ij. mellis boni dispumati lib. ij. ⁊ fiat.

Iste sirupus est in vsu. ⁊ maxime secundum istam descriptionem. Idem in capi. de asmate habet duas descriptiones ex auctoritate hamee. sed cum ista non concordant. nec in vsu sunt.

Prassium. i. marubiũ albũ. Plt. ait greci perisiõ vocãt alij linostrofon. nõnulli philopede aut philogares. Circa instans ait. marubiũ herba est que alio nomine prassiũ dicitur. folia eius medicine cõpetunt. herba collecta. ⁊ i vmbroso loco suspensa per annũ seruari potest. ẽ aliud prassium q̃d vocatur prassium vtride. ⁊ hoc ſm intẽtionẽ nico. est flos eius. prasson apud grecos est porruz. prassiũ vo est marub. album: ⁊ est herba satis nota.

Sirupus de calamẽto cõfert spleneticis. ℞. calamẽti dõesticĩ. ⁊ fil. aã. ℥. ij. keisis. i. leuisticĩ: dauci: squinãti aã. ʒ. v. passularũ enucleatarũ lib. ſ. ⁊ mellis lib. ij. ⁊ fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est ille q̃ cõiter est in vsu. idẽ habet vnã aliã descriptionẽ: ſ. hec ẽ nobilior illa. Gal. in lib. secretoꝝ hz vnam aliam: sed non est eadem: nec est in vsu.

¶ Calamẽtũ domesticũ scõm modernos ẽ vsuale. Circa instans calamẽtũ ingt herba ẽ que alio noie nepita dicitur.

¶ Calamẽtũ mõtanũ mel⁹ est: q; ẽ magis siccũ. cũ flores pducit dz colligi. Dia. ait calamitẽ quã pulegium agreste multi dicũt: ⁊ ipsa mõtuosa est ⁊c. calamẽtũ vo agreste ſm intentionẽ Nicolai est nepita siue herba dicta a vulgo gataria siue neuida. nã sine dubio nepita est calamẽti species. vñ macer. Herbã quam neptã vulgari sepe vocam⁹. Hãc medici greco calamenti nomine dicunt.

Sirupus de eupatorio. ℞. radicum apij: feniculi: endiuie aã. ℥. ij. liquiritie. squinanti: cuscute: absinthij: rosarũ aã. ʒ. xvj. capillorum veneris: bedeguar: suchaa: florum buglose aut radicum eius: anisi: feniculi: eupatorij ana. ʒ. v. raued: idest reubarbari: masticis ana. ʒ. iij. spice assari: idest assarebacare. folij ana. ʒ. ij. coq; in aque lib. viij. vsq; ad tertiam: ⁊ cum lib. iiij. zuccari fiat sirupus addendo suci apij endiuie quantitatem sufficientem ⁊ vsui reseruã

¶ Iste sirupus apd nos est multũ in vsu: ⁊ magnificata ẽ virt⁹ ei⁹ vt docet experientia. sed nõ solũ in oppilationibus epatis. vt in alijs pprietatibus: sed sunt qui faciũt: ⁊ quãdo credunt aliqua facere nhil faciunt: ⁊ hoc est ppter simplicia que in ipso ingrediuntur. vt ostendam.

¶ Bedeguar siue bedeguard idem sunt: ⁊ est quam Diaſ. Acanthis leuce vocat: sed apud Serapio. est spina alba de qua ipse Serapio scribit in littera. b. bedeguar. ⁊ in littera. s. scribit spina alba. que idem est. similiter facit Auicen. in secundo canonis sed opinio ignorantium apothecarorum multorum est quod bedeguard sit quedam res similis spongie. que nascitur sub quadam planta que apud Diasco. vocatur cinosbatus idest rubus canis ⁊ in ea aliquando reperiuntur vermes. ⁊ sic meo tempore vidi multos eam ponere in isto sirupo loco bedeguar. sed decipiuntur. nam vide Nicolaum florentinum in libro septimo in capitulo de cancro qui dicit. dicunt quidam experimentatores q̃ fiat pulus ex ariton. qui oritur super rubum canis qui a quibusdam sed nõ recte ponitur p bedeguard. ¶ Moderni generaliter in puluere qui fit contra bocium gule habet bedeguard. sed littera non est bona. quia predictus pulus reperitur apud Rasualdum de villanoua in capitulo de botio gule. ⁊ ibi dicit. ℞. spine rosarum ⁊ credo q̃ sit illa spongia que falso bedeguard dicitur. Ille qui de nouo scripsit lumen apothecariorum dicit q̃ bedeguard est radix cardonis benedicti masculi. quod non est credendum. sed vt veritati aptior sit via. hic volo scribere formam veri bedeguard. ⁊ q̃ debet administrari i isto sirupo secundum Sera. ex auctoritate Dia. qui dicit bedeguar. i. spina alba. Dia. nominat acantis leuce. ⁊ i greco est spina alba. ⁊ ẽ planta que nascitur in montibus zagital. ⁊ habet folia similia cameleunte albe. nisi q; sunt strictiora ⁊ albiora ⁊ super ea ẽ simile bozre. ⁊ sunt spinosa ⁊ habet stipitem longum duobus brachijs in grossitudine digiti policis vel plus. color eius est vergens ad albedinẽ. ⁊ super sũmitates eius sunt capitella spinosa similia ertio marino. nisi quia sunt minora ⁊ oblonga. ⁊ flos ei⁹ est coloris purpurei ⁊ semẽ eius ẽ simile grano cartami. sed apd Dia. est simile grano ginco quod idem est. nisi quia est rotondius eo. ⁊ id quod administratur ex ipsius planta est radix. vide ergo si bedeguard est illa spongia. vt volunt ignorantes.

¶ Suchaha est etiam species cardoni ⁊ est propinqua bedeguar. ⁊ est quam Dia. vocat acanthis arabicam. i. spinã arabicam ⁊ est similis supradicte idest similis bedeguar. nascitur spinosa ⁊ alba. Matth. fil. vult q̃ suchaa sit camelunta alba quod nõ credo. nã Dia. ⁊ Sera. de vtraq; faciunt distincta capta. ⁊ ſm Christopho. de bone. suchaha bedeguar. q̃d non est. ⁊ ſm lumen est radix cardonis benedicti femine. q̃d nõ reperio apud auctores. sed sit quõcũq; suchaha apud Dia. est acanthis arabica. ⁊ ſm Sera. ẽ spia arabica. ⁊ ſm Rasim est megailez. ⁊ idem Sera. ex auctoritate galieni ait. hec herba est similis plãte bedeguard nisi q; virtus ei⁹ deficcat ⁊ dipticat plus eo. ⁊ fructus. ⁊ radix ei⁹ ẽ fortior. scõm Paulum suchaha est herba dulcis que extenditur super terram. ⁊ facit capita grossa ppe radicem. ⁊ exeunt ex illis capitibus flores sanguinei. ⁊ sic est secundum veritatem q̃ suchaha est herba spinosa alba expandens se super terram. cuius flos ẽ in colore sanguinis ⁊ hec est proprie suchaha que administratur in ipso sirupo radix eius vsui medicine competit.

¶ Post q̃z dixi de bedeguar ac suchaha que sunt species cardonis. etiam mea intentio est declarare quasdam alias species que ponuntur in numero cardonum. nam primo est camelunta alba ⁊ nigra. sed de alba Serapio dicit q̃ sunt homines qui nominant eam acatiam. ⁊ de nigra dicit q̃ nominant eam homines cameleuntam propter varietatem floꝝ eius. quia ex eis reperiuntur virides multũ ⁊ aliqui ad albedinem declinantes. ⁊ aliqui ad celestez colorem. ⁊ quidam ad rubedinẽ sanguinis ſm diuersitatem locorum. in quibus nascuntur. ⁊ ẽ alius cardus q̃ alio nomine scolimus vocatur. ⁊ iste apud quosdã est cardus dictus arcosof. sed ignoro verum. Serap. in suo capitulo ait in fine capituli de cardo. comedit planta ista recens sicut comeduntur sparagi. ego vero nec nego nec affirmo q̃ scolimus sit arcosof. i. artigioch. sed nomen suum verũ est chinera. aut alio nomine dicitur alcorsof. de quo vide Rasim in tertio almansoris qui virtutem eius describit. sed formam non tamen iste cardus est spinosus cuius capita comedunt deferuntur de lanna Auicen. in secundo canonis dicit. cheucherzed est gummi alcorsof. Joannes Serapio in suo antidotario in fine inquit cancarzed. idest gummi alcorsof. Auerrois in quinto colli. inquit harchaf idest cardus alchi vult dicere archigioco. ⁊ est alius cardus quo vtuntur homines ad gargellandum pannos ⁊ bireta ⁊ similia. ⁊ iste apud Diascori. vocatur dispacus ⁊ a multis ignorantibus virga pastoris. ⁊ est alius cardus dictus astaraticon. siue cẽtumcapita celestis coloris. ⁊ iste apud nos nascitur iuxta vias. ⁊ est alius qui dicitur cẽtũcapita alba. ⁊ hec est iringus. ⁊ ẽ alius qui a modernis cardus benedictus appellatur ⁊ iste est quẽ hodie herbã turchã vocant siue sedum. vt apud Diascor. siue eregeron. vt

apud Pli. flos buglose. aut radicū eius. flos vero vt vult Papias dicrus est q̃ cito fluat. quasi fluor. Isidorus vero inquit. flores nominantur q̃ cito defluant de arboribus. quasi fluores q̃ cito fluantur.

¶ Foliū. i. malabatrū i hac descriptiōe loco eis ponit macis. vt dicit Aui. in. 2. cañ. ca. de folio. si vero in ipso ingrederetur spica potest poni. sed qr spica ingredit macis.

Sirupus de thymo. ℞. extremitatū thymi. ℥. ij. calamēti: mēte ficce ana. ʒ. v. seminū anisi feniculi: apij: dauci añ. ʒ. iiij. passulaꝝ enucleatarū. ℥. iiij. ℞ cum lib. ij. mellis fiat sirupus ℞ aromatizetur cum. ʒ. ij. galle muscate.

¶ Iste sirupus ē in vsu. Thymus ꝑm Isidorū appellatū est q̃ flos eius odorē refert: de quo Virgi. Redolēt q̃ thymo fragrantia mella. Pli. thymū flore sato nascitur: nec durat nisi i afflatu maris. ppter thymū. n. qd in attica regiōe abūdat mel atticū sūme laudis in toto mūdo ē. Mesue in ca. de ysopo quē vocat hasce ingt. dicūt gdā q̃ ē ysopus hortēsis. ℞ dicūt alij q̃ est vna ex spēbus origani: ℞ in fine forme p̄dē plante ait ℞ plāta eis vt dicit ē mater epithimi: ergo ē thymus. nā sine dubio hasce ē thim⁹: ℞ flos ipsi⁹ ē epithim⁹. qdā thymū policarīā maiorē vocāt alij hasce. mesue hz hic extremitatū thymi. ℞ ē melior pars plante eius.

Sirupus de epithimo. ℞. epithimi boni horten sis. ʒ. xx. mirre: citrinorū indorū añ. ʒ. xv. cuscute fumiterre añ. ʒ. x. thymi. buglose: calamēti: embliti: bellerici ligritie: polipodij: agarici: sticados añ. ʒ. vj. rosarum seis feniculi: anisi añ. ʒ. ij. ℥. pruōrū nūero. xx. passularū enucleatarū. ℥. iiij. tamarin. ℥. ij. ℥. ʒuc. lib. iij. rob. i. vini cocti lib. ij. ℞ fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est in vsu. Epithimū vero ꝑm mesue est ex herbis supra crescentibus alijs herbis: ℞ est simile cuscute ꝑm Dia. epithimi est flos thimi similis thimbre idest saturegie. Isidorus ingt. epithimū grece q̃ latie dr flos thimi. nam flos grece thimum vocatur. est aūt flos thimbre similis. circa instans epithimū flos ℞ nō herba medicie competit: ℞ qñ producit flores coligi debent. Mesue laudat subruffum cretēse acuti odoris. Aui. laudat cretense ℞ hierosolimitanum: ℞ est declive ad rubedinem.

Sirupus de sticados. ℞. florū sticados. ʒ. xxx. hasce. i. thymi: calamēti: origani ana. ʒ. x. anisi piretri añ. ʒ. vij. pipis lōgi. ʒ. iij. ʒinzberis. ʒ. ij. passularum enucleatarum. ℥. iiij. mellis lib. v. ꝑdias cū cinamōi calami aromatici. spice. i. nardi croci. ʒinzberis. pipis nigri ℞ lōgi añ. ʒ. i. ℥. liga in panno raro: ℞ suspēde in sirupo dosis eis est. ℥. i. cū aqua decoctionis spice ℞ floꝝ alchisil. i. chilchil. ℞ est flos rosmarini.

¶ Iste sirupus est in vsu maxie ꝑm descriptionē idē. Mesue in ca. d egritudib⁹ neruoꝝ hz vnā aliā descriptiōez ex aūctē judei ℞ dicē q̃ ē medicia mirabil ꝓferēs oīb⁹ egritudibus neruoꝝ. ℥ nō ē eadē nec i vsu. tñ ibi hz ʒiniā qd ē iua siue camepitheos. vt dictū fuit in electuario de iua.

¶ Sticados scōm Mesue medici laudant arabicū ℞ melior pars plāte est flos post folia Dia. dicit sticados ab insula galatie que sticados dicit nomē accepit. in rei veritate illud sticados quo moderni vtuntur non est verum sticados de quo intelligunt Mesue ℞ Aui. vt dictum fuit in confectione de sticados.

Sermo i mellicrato cōdito ℞ fūt q̃ vocāt mellicratū sirupū factū ex vino ℞ melle ℞ ꝑditum vocant quidā q̃ fit ex melle ℞ vino ℞ sunt ex hoibus q̃ vocāt vtrunq̃ vtroq̃ noie. ℞ modi eoꝝ fūt diuersi. ℞. vini boni antiqui lib. x. mellis boni ℞ dispumati lib. ij. pūc super ea cinamōi bōi ℞ subtilis. ʒ. v. spice aromatice. i. nardi. ʒ. i. garīofilorū. ʒinzberis. ligni aloes. macis añ. ʒ. iiij. he il. i. cardamōi maioris. ʒ. ij. croci. ʒ. i. ℥. tere cōtritōe grossa ℞ coletur cum colatorio grosso de pāno. ℞ aromatizet cum muscī. ʒ. vnius tertia.

¶ Mellicratū scōm Dia. est mulsa ℞ ipse vocet facer. sed non hoc modo. mellicratū vero scōm Simonem ē vinū ex melle ℞ aqua factum ℞ vocat mulsa. i. ex tertia pte mellis ℞ duobus aque. differt aūt ab idromelle. eo q̃ idromel plus aque habeat. quasi ipsa fit aq̃ mellita. mellicratū vō est vinum ex melle ℞ crasis quod est vinū. ℞ ipsa dr mulsa. Isidorus imbuit. mellicratū vinū melle mixtum medius quasi melleus: quia ex melle fit sicut calamitas p cadamitas. non est aqua mellis vt quidam crediderunt. nam supra etiam posita fuit descriptio aque mellis.

Modus conditi de citonijs ℞ ē miua. Recipe succi citoniorū acetosorū lib. xx. vini antiq̃ boni lib. x. coquantur cum facilitate vsq̃ dum consūpta sit eius tertia semper auferendo spūam eius. deinde colet ℞ dimittatur residere ℞ clarescat. postea pūce super illud mellis boni ℞ dispumati lib. vi. ℞ iterum buliant ℞ auferatur spuma ℞ usq̃ dum habeat perfectam coctura ℞ reseruetur.

Conditū ex citonijs ꝑm ſtrēctionē mesue est miua. sed ꝑm Aui. ℞ Gulielmū placentinū ē sirup⁹ de citonijs. tñ Mesue ponit ēt descriptionē sirupi de citonijs q̃ aliud ē hec. s. miua potest fieri cū speciebus ℞ sine speciebus ℞ ambe sunt i vsu. sed ista est miua citoniorum sine spēbus. Rasis āt in nono Almāsoris in ca. de his q̃ cōfortāt stomacū. ℞ ciborū pficiūt digestionē. hz descriptionē miue ℞ sirupi acetosi de citoniis. Idē i libro diuisionū in ca. d medicinis solutiōis vētris ait ꝓfectio miue ꝑstrictiue. q̃ ē sirup⁹ d citōijs.

Citonū ē pomū notū. Petrus de crescē. dicit coctanū siue citonū ē arbor nota. ℞ ex his quedā sunt q̃ faciūt pira citonia. ℞ he arbores maiores sūt. ℞ minora habēt folia ℞ quedā sunt arbores minores ℞ latiores habentes frondes. quarū fruct⁹ ꝑprie vocant coctana. Papias ait malacidonia esse dicta ab oppido in insula creta.

Miua citoniorū cū specieb⁹. ℞. vini citoniorū acetosorū lib. xx. vini boni antiqui lib. x. coquātur cū facilitate vsq̃ dū cōsumpta sit eius tertia semp auferando spumā eius deinde colet ℞ dimittat residere ℞ clarescat. ℞ pūce sup illud mellis boni ℞ dispumati lib. vj. ℞ iterū buliat ℞ auferat spuma eius ℞ pūciantur super illud spēs alexangine ligate i pāno suspēso sup illud medicamē ℞ sunt ꝑprie cinamomi. ℞ heil añ ʒ. iij. garīofilorū. ʒ. ij. ʒinzberis. masticis añ. ʒ. i. ℥. croci. ʒ. ij. ligni aloes macis ana. ʒ. i. ℥. omnia ꝑter crocū terantur cōtritione grossa. ℞ suspēdantur in panno sicut dixīmus omni hora fricādo illud super medicamine donec fiat ei spissitudo. deinde aromatizetur cum. ʒ. vnius tertia musci hoc est: ℥. i. ℞ gallie. i. muscate. ʒ. ij. ℞ reseruetur.

Hec vero est miua citoniorum cum speciebus. siue miua aromatizata idest q̃ supra miuam citoniorum simplicē adduntur quedam aromata. i. quedam redolentia. ℞ sunt ꝑprie illa que in panno ligantur. ℞ de predictis aromatibus. aromatizātur etiam quedaz alia condita. vt est secacul conditum. ℞ alia huiusmodi.

Heil sicut dictum fuit ex auctoritate Serapio. est cardamomum maius. de quo miror quod Auicen. in predicta confectione habet cardamomum maius ℞ minus ℞ heil. Christophorus de honestis in predicta confectione dixit q̃ heil est species cardamomi quam non habemus hic. sed loco eius assumitur cardamomum maius. quasi dicat q̃ heil non est cardamomum maius. hoc affert in dubitationem. Gulielmus placentinus eodem loco habet cardamomum maius ℞ minus. ℞ melegetam. etiam textus Gulielmi secundum opinionem Bartholomei montagnane est falsus. nam sicut dictum fuit supra in electuario de aromatibus cardamomum maius est melegeta. ℞ sic hodie generaliter habetur opinio. q̃ heil sit cardamomum maius. siue melegeta. que alio nomine grana paradisi vocantur. etiam Matheus siluaticus in capitulo de cardamomo errauit dicens ex auctoritate Serapio. quod heil est cardamomum minus. nam Serapio non dicit q̃ heil sit cardamomum minus. immo dicit quod est magnus. ℞ sic est.

Sermo In aceto sgillitico. ℞. ex laminis sgille. ℞ ꝑprie q̃ sunt medie inter corpus ℞ corticē ipsius quantitatem quam voluerīs. ℞ consue⁹ eas separatim in filo cū stillo ligneo. ℞ dimitte siccari in ūbra diebⁿ. xl. post illō cōminue eas i frusta cū incisorio ligneo. ℞ pone ad omnem libram eius aceti boni albi lib. viij. ℞ pone

in vase vitreo stricti orifici. ℞ stringe caput eius. ℞ dimitte in sole per alios dies quadraginta post illud cola ℞ administra vbi oportet.

¶ Mesue inquit quod concordati sunt antiqui sup iuua mēta aceti squillitici ad egritudines multas. descriptiōem ipsius describit etiam Sera. in cap. de squilla: ℞ sirupum de sgilla ℞ multa alia liber q̃ dicitur albuchasim docet modū preparandi. ℞ deficcandi. ℞ de forma castrandi squillā ℞ conficiendi acetū squilliticum. ℞ distillandi aquā ipsius ℞ de modo albificādi acetum squilliticū. ℞ sic de singulis. squilla dicitur cepe muris: eo quod interficit mures.

Oximel squilliticū. descriptione Democriti. ℞. origani: ysopi sicce: albasce. i. thimi: cheifim: cordumenī: sticados ana. ʒ. v. coquant i tribus libris aque vsque dū deueniant ad lib. i. ℞ prouīce super ipsū mellis lib. ij. mellis passulati lib. ℥. suci alfescer. ʒ. v. aceti squilitici lib. i. ℥. auferatur spuma ei⁹ omni hora: ℞ coquat ad perfectam decoctionem.

¶ Scolopendria ſm Sera. auctoritate Diaſco. nominatur hoc nomine propter similitudinem cuiusdam vermis dicti scolopendria. ꝛ eius expositio est quatuordecim pedum habet folia multa egredientia ex vna radice ꝛ nasciſ in petris in muris edificiorum. ꝛ non habet stipitem nec florem. nec semen. ꝛ folia eius sunt sicut folia polipodij ꝛ pars eius inferior est quasi rubea. ꝛ pars superior vtridis ꝛc̃. hec est quã Diaſ. asplenon vocat ꝛ sic si legis bene illud capitulum de asplenon apud Diaſcori. cum capitulo de scolopendria apud Serapionez videbis quod idẽ sunt. sed moderni pro asplenon intelligunt ceterach. sed ego credo q̃ in tempore antiquo vera scolopendria erat ceterach que a modernis herba dorata vulgariter vocaſ. ꝛ sic in isto sirupo pro scolopendria intelligitur ceterach siue herba dorata. alia vero scolopendria que inuenta fuit a modernis vocatur lingua ceruina ꝛ ambe in isto sirupo ingrediuntur.

¶ Lingua ceruina. ſm modernorum opinionem est vera scolopendria que folia magna longa ꝛ lata habet ab vno latere rugosa. ꝛ hec secũdum herbaticos est vera scolopendria alie vero species non habent cognitionem per scolopendriam. sed si tu vocas ceterach scolopendriam negant. ꝛ falsa est opinio vt ostensum fuit.

Sirupus de sebesten secundum Bartholomeum montagnanam in suo antidotario

Recipe sebesten. ℥. ij. rubee tinctorum. ℥. ſ. anisi. cimini. liquiritie. seminis lactuce. melonis. cucumeris. maluarum ana. ℥. ij. alchechingi. fenugreci. sticados. prassij ana. ʒ. iii. seminis apij. ameos. seminis petroſellini. radicum tribali martini. dauci. feniculi. meu. ʒ. ij. sanguinis ericij. preparati scordeon ana. ʒ. v. lapis spongie. iudaici. corticum auellanarum ana. ʒ. vj. coquantur in libr. ij. aque vsq̃z ad consumptionem medietatis. deinde coletur ꝛ colature addatur aceti squillitici. ℥. ij. ſ. ʒuccari secundẽ decoctionis lib. ij ſ. coquatur lento igne. ꝛ fiat sirupus.

Iste sirupus apud nos in vsu non est. Sebesten sicut dictum fuit in electuario de sebesten quidam fructus ficut granum oliue. hic fructus colligitur ꝛ exficcatur donec fiat passus. ꝛ sic vtimur.

Tribuli secundum Diaſ. genera sunt duo siccus ꝛ humidus. sed humidus est ille quo nos vtimur. ꝛ gerit semen ad modum castanee. ꝛ propter id a multis castaneolus dicitur. ꝛ dum sunt recentes comeduntur. ꝛ dixit Matheus siluaticus q̃ ex semine eius fit panis. nam ipse est dulcis ꝛ nutrit ꝛ sic vtimur loco panis tritici. ꝛ apud Auicennam in secundo canonis vocatur haſek.

Ericius alius est marinus alius est terrenus. Isidoꝛ. ait. eritius animal spinis coopertum q̃d exinde dicũ nominatũ: eo q̃ subrigit se q̃n spinis suis claudiſ quibus vndiq̃z protectum est cõtra insidias ꝛc̃. Aut. in scdo caſi. dicit eritius siluestris est notus ꝛ mõtanus est alduldul habens spinas sagittales pro pinquus nature siluestris vel terrení. ille vo qui est marinus est species habentium ostraca. Guliel. placenti. dicit eritius est trium specieruz. vnus qui est notus alius qui habet spinas sagittales. ꝛ appellatur porcus spinosus. ꝛ alius est marinus. ꝛ est spẽs piscium habentium ostracum. ille qui est notus est ille quem intelligere debemus. ꝛ de modo preparandi dicunt quidam sapientes q̃ modus preparandi est sicut modus sanguinis hirci.

Judaicus. ſ. lapis qui dicũ iudaicus. cuius figura est similis glãdi albus bone figure multum habens lineas angulatas in longitudine protendentes ꝛ nominatur summitates lacerate ꝛ est lapis qui dissoluiſ in aqua. ꝛ nõ habet sapozem. ꝛ dicit iudaicus. qz in partibus iudeorũ reperit.

Sirupus de cicorea ſm Gulielmum placentinũ in suo antidotario. ℞. foliorum cicoree. m. ſ. foliorum boraginis. lactucarum. violarum. scariole. lingue bouine. i. buglose acetose bactisosere. ꝛ est herba cuius flos est celestis ꝛ eius semen est vt semen scariole. ꝛ agrestis. sed non est album neque nigrum. ꝛ nasciſ in bladis vt plurimũ. credo q̃ sit scariola agrestis. añ. m. ſ. reubarbari. ʒ. ij. pistentur herbe ꝛ coquatur in lib. ij. aque donec tertia pars cõsumpta fuerit ꝛ colef. ꝛ addank in illa aqua lib. ij. ʒuccari. ꝛ cuz dissolutũ fuerit ʒuccarũ ad ignẽ cum aqua iterũ colef ꝛ ponaf ad ignẽ cũ reubarbaro pulueriʒato ꝛ ligato in vna pecia. ꝛ sepe expzimaf cuz manu pecia reubarbari. tandiu permittatur decoqui q̃ bene firpizatum fuerit totum. ꝛ tunc ab igne deponaf ꝛ reseruef.

Iste sirupus est ille quo vtimur ꝛ maxime ſm istam descriptionem. ꝛ sic adhuc in mediolano vtuntur ipso. ꝛ sic faciunt in alijs ciuitatibus. sed colegium nostrorũ doctorum papienſium magis laudat vnam descriptionem quez describit Nicolaus florentinus. ꝛ dicunt q̃ illa Nicolai est nobilior ista Gulielmi. ꝛ hoc est qz ipse Nicolus habet plura simplicia in sua descriptione q̃z Gulielmus. ꝛ sic de reubarbaro maiorem quantitatem habet Nicolus q̃z Gulielmus. Si autem facere volueris sirupum de cicorea ſm Nicolaum infra apparebit eius descriptio.

Cicorea ſm quosdaz est intuba. alij solsequiũ. alij. sponsam solis vocant. Columella in libro de cultu hortorũ ait. Cicorea iã teneris frõdens lacticula fibris. Pli. ait. Intubum erraticum apud nos quidã ambulant. In egypto cicorium vocant ꝛc̃. Cicorea vo ꝯ ꝓpositorẽ est rostrũ porcinum. ꝛ est herba. cuius flos est celestis. ꝛ sic est ꝯ verita-

tem q̃ vera cicorea ꝑm sententiam modernoꝝ habet flores azurinos. ⁊ est spēs endiuie. de qbus Gulielm. in isto sirupo nō hz nisi tres spēs. s. cicoream. endiuiā. ⁊ scariolā. sz Nicolaus in sua descriptione habet sex. de qua infra.

¶ Scariola etiā est spēs endiuie vel cicoree. Matheus. fil. in cap. de lactuca inquit. q̃ sunt eius tres species. vna est que vocatur agrestis. quam greci sarralam vocant. nā sine dubio sarralia ꝑm Isidorum est lactuca agrestis. vt ait in capi de oleribus vbi inquit. lactuca agrestis est quā sarraliam nominamus. eo q̃ dorsum eius in modum serre est. Simon tanuēnē dicit. scariola ꝑm modernos est velut lactuca agrestis. nisi quia in dorso costarum habet spinas paruas. pro endiuia ponitur ꝑm Seraꝑ. ⁊ circa instās. scariola est endiuia. ⁊ ꝑm Petrum de crescentijs. endiuia est scariola vel lactuca agrestis. infra in alia descriptiōe de speciebus endiuie si deus voluerit ostendam.

¶ Bactisosere apud nostros auctores non reperio aliquē de ipso loqui. sed ꝑm intentionem ꝓpositoris est quedam herba. cuius flos est celestis. ⁊ eius semen est vt semen scariole agrestis. sz nō est albū neq; nigrū. ⁊ nascit in bladis vt plurimū. ⁊ credo q̃ sit scariola agrestis. qd aūt sit cōiter ignorat. sz ꝑm plures est illa herba que in bladis reperitur quā nos vulgo monegheta3 vocamus. ⁊ sic meo tpe vidi eā poni in isto sirupo. sed hz plures sapientes errāt illi apothecarij qui ponūt ipsam. etiā male faciunt medici qui dimittūt ipsam poni. ⁊ hoc aduenit. qr non hnt cognitionē quot spēs endiuie vel scariole sint. sed ꝑm modernoꝝ opinionē spēs scariole sunt. vj. vel. vij. de quibus tres vel qtuor sunt que faciūt florē celestē. ⁊ vna de ipsis hz florem ac semen. vt dicit cōpositor. ⁊ in bladis repit sicut monegheta. Verum existimauerunt aliqui q̃ monegheta sit bactisosere. eo q̃ apud tuscos ita vocetur. sed error est. nec eorum sermo apud sapientes acceptatur. nā opinio compositoris est apte q̃ sit scariola agrestis que filis est mōeghete. vt innuere videt in presenti loco. Si ergo compositor credit q̃ bactisosere sit scariola agrestis nos debemus intelligere scariolā agrestē que formā hz vt ipse docet. ⁊ non monegheram. que nō hz nec odorē nec saporē ⁊ pro bactisosere siue scariola agresti intelligit cicorea agre. siue scariola agrestis que florem celestem gerit. preterea omnes species endiuie vel scariole vel cicoree sunt laudate in isto sirupo.

Sirupus de opio ꝑm eundē in eodem tractatu. ℞. opij. pondus gr. c. dei. iiij. iusquiami. pondus gra. viij. ordei. corticuz mandragore. gr. j. ⁊. semīnis apij. ℥. iij. seminis papaueris. seminis lactucarum aā. ℥. j. ⁊. foliorum lactucarum endiuie. vel cicoree. aā. m. j. foliorꝝ papaueris. ⁊ mercurialis aā. m. j. pistent grosso modo ⁊ buliant in lib. iij. aque donec consumatur medietas ⁊ colet ⁊ addatur zucca. ⁊ inspisset ⁊ clarificet ⁊ reseruet.

¶ Iste sirupus in vsu nō est. Opiū hz Auic. in scdo canō. est succus papaueris nigri ⁊ egyptij ipz seminā. Macer in ca. de tribus generibus papaueris inqt. ex vuijs teneris opiū faciunt capitellis. incisa leuiter summa cute lacq; quod inde defluit excipiūt cocleis ficcūq; reseruāt. antidotis multis aptū varijsq; medellis sunt q̃ tundūt cū lacte suo capitella. de quibus expressum ficcāt in sole liquorem ⁊c.

Sirupus de plantagine ꝑm Rasis. de villa nona in lib. ij. in cap. de dissenteria epatica ⁊ intestinoꝝ. ℞. succi plantaginis depurati. ℥. iiij. aque pluualis vel rosarum quod melius est. li. i. spodij. nucis cipressi. balaustie. sumac sanguinis draconis. gummi arabici. masticis thuris. gallarum ipoquistidos. lapidis ematitis rasure eboris aā. ʒ. ij. terantur omnia in predicto succo ⁊ aqua rosata vsq; ad medietatem coquantur ⁊ addito zuccaro fiat sirupus.

¶ Iste sirupus apud nos non est in vsu. Plantago vero apud Auic. in scdo canō. vocatur lingua arietis. ⁊ sunt et due species. s. maior ⁊ minor. maior est quam rustici nostri bleram silueströ dicunt. ⁊ minor est quinq; neruia que alto nomine lāceola vocatur. ⁊ hec est illa que apud falsos herbaricos pro lingua canis habetur. sed errant. Diasco. ait. vocatur arnoglosa siue epatapleuros. i. septem costarū. Sera. ait. lifen alkamel idest lingua arietis ⁊ dicitur arnoglosa. ⁊ eius expositio est lingua agni. ideo quod greci nominant arnon agnum ⁊ glosam linguam. ⁊ dicitur etiā epta pleuron. idest habens septem costas. nā in folio eius sunt septem coste ⁊ epta in greco est septem ⁊ pleura. i. costa.

Sirupus de iua ꝑm Nico. florentī. in lib. tertio in capitulo de paralesi. ℞. iue. m. ij. salue. maiorane. rotismarini. polij. idest polij montani. origani. calamenti. mentastri. pulegij. ysopi. thimi. ruthe domestice. ⁊ siluestris. betonice. serpilij ana. m. j. radicum acori. aristologie longe ⁊ rotunde. paucedani valeriane brionie gentiane diptami. ana. ℥. ⁊. radicum feniculi. petrosilij. apij sparagi. brusci. ana. ℥. j. sticados. anisi. feniculi. leuistici. tameos. carui sileris montani ana. ʒ. iij. piretri. ℥. i. ⁊. passularum. ℥. ij. aque ⁊ mellis quantū sufficit ⁊ aromatizetur cū cinamomo. nucemuscata. ⁊ cubebis. ⁊ fiat. Iste enim sirupus in hac materia est optimus.

¶ Iste sirupus nō est in vsu. Iua vero vt dictū fuit est verum camepitheos ⁊ nō est camedreos. vt quidaz crediderunt generaliter tenetur q̃ iua nō sit camepitheos. sed errant. Nam ego vidi apud multos apothecarios in sacculis cāepitheos. sz nec in sapore nec in odore nec in forma non est caempitheos. de quo loquunt nostri auctores. sed loco camepitheos hnt camedreos. vñ per hoc vico si aspexeris illā iuam qua moderni vruntur pro iua muscata. videbis q̃ in forma ⁊ in reliquis est verum camepitheos.

¶ Joan. angli. in ca. de voloze iuncturaꝝ ait. q̃ ꝑdest gutosis. vñ versus. Si capias iuaz guttam tolet tibi viuam (petunt.

¶ Brionia idest cucurbita agrestis. Papias ait ampellos leucos seu brionia quam latini albam vitem vocant vide de ipsa in confectione de alkescera.

Sirupus de lilio secundum eundem in lib. quinto. in capi. de bolis. ℞. flores lilij. albi. ⁊. decoquant in aqua nā quidē soli qr nocent. sto. cū. propietate eoꝝ. sed cū alijs aroma. corrigentibus malicia eorū ⁊ fiat sirupus cū zuc. ⁊ decoctio eorum ꝑm artem.

Istius siru. sicut inquit. ibi Nico. non reperitur descriptio apud aliquos auctores. secundum intentionem ipsius potest fieri sicut ipse docet.

Lilium. s. lilium albū qd florem albū gerit. Rosa anglica hz vnā descriptionem sirupi de lilio. sed ibi non habet nisi tres os. i. lilium celeste. ⁊ ꝓpter id ille est sirupus de treos vt dictū fuit. Macer ait. Illia sure sequi que nec specie nec odore. cedere credūtur roseo colata decori. nec minus in multis hominū sunt apta medellis eius radicis bulbus qui lilia profert ⁊c̄ hoc lilium satis est notum.

Sirupus optimus ad oēm emorrosagiam vndecunq; fiat hz eundē in lib. qnto in ca. de preseruatione a sputo sanguinis ⁊ cura eius. ℞. ipoquistidos chimolee. bolī armēi. acatie. coralli albi ⁊ rubei. mumie. psidie. galle. mēthe. balaustie. gūmi arabi. dragāte. simphiti. corrigiole. seis arnoglose. i. seis plātaginis. sumach. radicum pētaphilonis. i. quinq; folij. sanguinis draconis. ana. ℥. j. decoquantur in aqua pluuiali vsq; ad tertiā ⁊ colentur ⁊ addantur libr iij. zuccari. ⁊ fiat sirupus.

Iste sirupus apud nos non est in vsu. sed ꝑm intentionem Nicolai est optimus in illa materia.

Chimolea hz Dia. est gicimolia cuius alia est alba atq; vensa alia purpurea. Apud Auic. vocatur lutuz chimolea vide de ea supra in confectione esdre.

Psidia est cortex maligranati sz phigia est storax ligda. Simphituz de ipso dictū fuit q̃ est consolida maior siue anagalicū. vide de ipso in sirupo de pimpinella.

Corrigiola. i. poligonia siue centū nodia siue virga pastoris. Dia. vocat ipaz poligonos masculū. ⁊ ibi et describit aliā que vocat poligonos femina. Petrus de crescentijs inquit. virga pastoris est cardus siluestris. ille textus non videtur bene sonare. nam virga pastoris nō est cardus vt ipse ⁊ alij dicūt. nā si legis capl̃z de poligonos apd Dia

cū cap. de virga pastoris apd Sera. ⁊ Aul. videbis q̃ idē est ⁊ idē Joā. Sera. i ca. de lapide vocat ipsā dimirifiō: ⁊ hec herba in vijs mltū reperit. Matthe. fil. in cap. de dipsaco. i. cardo fulonū dicit q̃ est virga pastoris: sed non recte. Quidā vocāt corrigiolā sanguinariā: sed ꝑm aliquos sanguinaria est illa herba quā hodie bursam pastoris vocamus siue a vulgo herba gugiarolla.

Sirupus aromatic⁹ hz eūdē i eodē libro i capīo de debilitate digestiōis. ℞. cubebaꝝ: gariofilorū. zinzi. cina. nucis muscā. cardamōi: macis: cālami aromatici ana. ʒ. i. ⁊. ⁊. spice masticis: assari squinātī folij ana. ʒ. vi. amomi: ameos: costi: cipi carpobalsa. i. fruct⁹ balsami xiloaloes. i. ligni aloes ana. ʒ. iiij. suppistata infundank in vino albo veteri pōderis lib. ꝝ trib⁹ dieb⁹ decoquak ad tertiam partē ⁊ cū frigescūt manibus fricentur ⁊ colentur ⁊ cū lib. iiij. mellis decoquank in vase bene obturato reponantur ⁊ cum musco aromatizetur.

¶ Iste sirupus non est in vsu. dicitur autē aromaticus pp species odoriferas que in eo ingrediuntur. Isidorus in capitulo de arboribꝰ aromaticis inquit. aromata sūt queq; fragrantis onoris q̃ india ⁊ arabia mittit siue alie regiōis nomē aūt aromata traxisse videntur siue quod aris imposita diuinis inuocationibus apta videantur: seu quod ipsa aeri iseri ac miscerī ꝓbāt. nā qd est odor nisi aer cōtactꝰ.

Sirupus de cicorea ꝑm eundē in eodē libro in capitulo de opilatione epatis. ℞. endiuie domestice ⁊ siluestris: cicoree ⁊ taraxacō aā. m. ij. cicerbite: epatice: scariole: lactuce. fumiterre. lupinorū aā. m. i. ordei nō excorticati alchechingi ana. ℥. iiij. liquiritie. capillorum veneris. ceterach. politrici. adianti. cuscute ana. ʒ. vi. radi cum feniculi. ⁊ apij. ⁊ sparagi ana. ℥ ij. ferueant in aq̃ sufficienti ⁊ colentur. ⁊ cum zuccaro albo solido fiat sirupus p cuius vnaquaque libra ponat ad coquēdū. ʒ. iiij. reubarbari electi ⁊. ℥. iiij. spice ligate in pecia rara que sepe expri mat donec sirup⁹ sit pfecte decoctus. dosis. ℥. iij. cū aqua mulsionis seminum cōmunū frigidorum.

¶ Iste sirupus ꝑm collegium nostrorū doctorū ticinensium ē ille quo vt debemus. aliqui tamen magis laudāt descriptionem Gulielmi placentini. ⁊ ea vtunt sicuti medio lanensis qui descriptionem Gulielmi. ꝑparāt. Jo. Matthe. in gradi in capitulo de cura m. larū dispositionuz epatis habet vnam aliā descriptionem que quasi idem ē cum illa Nicolai licet aliqua simplicia mutauerit: aliqua omiserit. nunc vero intendo declarare omnes species endiuie cicoree vel scariole.

¶ Endiuia nomen latinū est post grecū intuba. arabes etiam post grecum hundebe dicunt. In hac vero volo ostendere oēs spēs cicoree vel endiuie vel scariole. sz primo volo ostendere illas spēs de quibus ipse Nicol⁹ in ꝓprio libro loquitur. nam i capi. de debilitate epatis ait sic dixit. Auicenna teraxacon quam Gentilis dicit esse cicerbitam siue rostrum porcinum. ⁊ Guliel. dixit ipsam esse cicoream. ⁊ est illa species que a multis vocatur planta leonis: hic textus Nicoli videtur corruptus. nam ipse Nicolus debebat dicere q̃ dens leonis que est species cicoree ⁊ non plāta leonis que est herba dicta flaura vl herba maura que odorem aspalti habet. ⁊ hec est species trifolij qd est consonum. idem in capitulo de opilone epatis dicit. teraxacon est species sponse solis ⁊ inferius in eodem ca. inquit. rostrum porcinum est ciberbita ⁊c̄. habita opinione Nicoli sequitur opinio Joannis anglici in cap. de iscrafie cale epatis que est quod altaraxacon est rostrum porcinuz vel cicorea. idem sentit in capitu. de finula vlcere cancro ⁊ sanie oculorum.

¶ Postquam ostendi verba Nicolai ⁊ Joannis anglici de taraxacon ⁊ rostro porcino etiam volo ostendere opinionem aliorum. ⁊ dico quod species endiuie vel cicoree sunt septem ad numerum de quibus ipse Nicolus sex species in isto sirupo ponit. Guliel. autem in sua descriptione non ponit nisi tres. scilicet cicoream scariolam ⁊ bactisosere ⁊ per ordinem ostendam.

¶ Endiuia dōestica. i. vsualis ē herba satis nota. siluestris vo pōt dici q̃ fit crispin⁹ herba. cicorea vero ꝑm sniaz modernoꝝ hz flores azurinos vertentes se ipsos ad solem q̃re spōsaz folis ⁊ solseqz vocauerūt. de q̃ circa instās ait. spōsa solis ē cicorea vel ituba vl solseqz hec ēt satis ē nota. Sera. i ca. de endiuia inqt. vndebe sūt spēs. nā ē ex ea dōestica ⁊ ē scariola. ⁊ ē ex ea siluestris q̃ ē taraxacō. ⁊ ē tertia spēs q̃ dicit cādarel. ⁊ ē amirō. etiā ꝑm circa instās ⁊ Petrū de crescētijs. endiuia ē scariola Bal. in octauo simpliciū dicit. seris. i. endiuie inferius dicit.

¶ Londrine est spēs cicoree vel lactuce. Aui. i scdo cano. i cap. de endiuia ait. q̃ ē ex ea siluestris ⁊ hortulana ⁊ ē duarū specieꝝ. ⁊ magis iuuatiua ex eis epati ē illa q̃ ē magis amara. ego credo sit cicorea. idem aliud capitulum facit de taraxacon: ⁊ dicit quod est species endiuie. Etiam ista nota est.

¶ Scariola vero ꝑm Simonē ianuensem est velut lactuca agrestis. nisi quia in dorso costarum habet spinas paruas. sed Matthaeus siluaticus. ⁊ Isidor⁹ volūt q̃ lactuca agrestis sit scariola. vt dictū fuit: et hic dicā herba Isidori q̃ in ca. de oleribus dicit lactuca agrestis ē quā sarraliaz nominamus: eo q̃ dorsum eius in modū serre est. Simō in hac errat. nā in capitulo de scariola dicit q̃ ipsa est velut lactuca agrestis. ⁊ in cap. de sarralia inquit. ex auctoritate Isidori q̃ sarralia est lactuca agrestis ⁊ in fine dicit q̃ est scariola ⁊ sic volunt multi moderni.

¶ Cicerbita vero sicut dicit Nicolus ē rostrum porcinuz secundum Gulielmum est cicorea. ⁊ esi herba. cuius flos est celestis etiam reperiuntur due alie species que florem celestem habent. ⁊ omnes in bladis reperiuntur. ⁊ sic si bene consideretur videbis q̃ species endiuie vel cicoree sunt septem. sunt iste videlicet endiuia domestica: idest vsualis cicorea que ab omnibus nota est. rostrum porcinum ⁊ dens leoninus differunt parum inter se secundum modernorum opinionem in pratis reperiuntur cum flore croceo. nisi solum in foliis differunt. post maturationem florum producunt quandam lanuginem albam que cum tangitur euolat. ⁊ alia est dicta crispinum a vulgo ⁊ hec apud quosdaz est lactuca asini. quod non credo. sicut patet si legis capitulum de anchusa apud Diascori. videbis q̃ cum capitulo de crispino non conuenit. ⁊ est alia species que dicitur cicoriastrum ⁊ est scariola que in bladis reperitur ⁊ omnes iste species vocantur endiuia vel cicorea vel scariola. ⁊ he note sunt apud sapientes.

Alchechingi vel chechingi est strignus agrestis. secundum Dia. ⁊ est herba proferens granum rubicundum simile ceraso in vesica inclusum citrina in colore que a multis vesicaria dicitur. sed apud lombardos fiacho nominatur ⁊ in vijs reperitur. Aduertendum est in descriptione pōtis sirupi q̃ in omnibus codicibus Nicolai quos vidi deficit dosis ordei ⁊ alchechingi ingredientium dictā descriptionem quod credo accidisse errore scriptoris potius q̃z alia cā: sed vt haberetur modus dosandi predicta duo simplicia volui conferre hanc descriptionem cū illa quaz ponit Joā. Matthaeus gradi qui etiam predictum sirupuz describit. ⁊ inuenī eas in ordine pondere ⁊ in oibus alijs concordare ⁊ ipsum dosare ꝑdicta duo simplicia hoc mō sumit enim ordei non excorticati. ℥. ij. Alchechingi capil. veneris ⁊c̄. ꝑm ordinem Nicoli ana. ʒ. vi. iō ⁊ nos debemus ēt pculdubio eo mō dosare illa duo. vz. ordei nō excorticati. ℥. ij. alchechingi. ʒ. vi. quāuis preter nostrā volūtatē apposuerint impssores equale pōdus eorū. nā si sumerem⁹. ℥. ij. hechingi excederet debitū pōdus. ne bene proportionaretur alijs.

Leterach. sicut dictū fuit in sirupo de scolopēdria ē herba que a modernis herba dorata dicitur. politricō est herba que in puteis ⁊ in locis humidis reperit: vt dictū est supra in sirupo de pimpinella.

Sirupus de ficub⁹ hz eū in eodē libro i ca. de cura colice ex fece. ℞. ficuū albaz. ℥. i. aq̃ ℥. ij. coquank ad lentum ignem vsq; quo venerint ad statū iulep de quo accipiat omni vse. ℥. iii.

Iste sirupus apud nos nō est in vsu. Ficus. i. carica. Serap. in cap. de ficu ex auctoritate Gal. inqt q̃ ficus ex eis domestice ⁊ siluestres ⁊ montanei ⁊ ex domesticis quedaz

sunt recentes. ⁊ quedã sicce. virtus recẽtium ẽ debilis. qꝛ admiscet eis de humiditate. sicce sunt meliores maxie carnose. siluestris vero ficus ꝑm quosdã vocat captific⁹. ⁊ dicit Pli. q̃ huius fructus nunquam maturescunt.

Sirupus de arthemisia ꝑm eudẽ in lib. vj. in ca. de retẽtiõe menstruozũ ꝑter nãm. ℞. arthemisie. m. ij. pulegij. calamẽti. mẽtastri origani. melisse pficarie. sauine. sansuci. i. maiorane. camedreos perforate camepitheos. matricarie cũ floze. cẽtauree minozis. ruthe betonice. melisse ana. m. i. radicũ feniculi. apij. petrofilij. sparagi. brusci. saxifragie. enule. diptami. ciperi rubee tinctoz. iireos. peonie ana ʒ. i. seis iuniperi. leuistici. petrofilij. apij. anisi: nigelle: carpobalsami: costi: assari. i. assarebacare piretri: cassie: lignee: cozdumeni: calami aromatici: fu. i. valeriane ana. ℥. s. cõquassentur ⁊ infundant in aqua pluuiali sufficiẽti p diẽ ⁊ noctem. postea decoquantur ad medietatis aque cõsumptionẽ. tũc deponat ab igne ⁊ dimittat donec aqua tepuerit. tũc manib⁹ in ipsa aqua positis fricẽtur. postea colẽt: ⁊ in colatura addat mellis vel zuccari q̃ tum sufficit: ⁊ fiat sirup⁹. ⁊ si humor fuerit viscosus aceto setur cũ aceto acuto vel squillitico. ⁊ fiat sirup⁹ aromatizatus cũ cinamomo ⁊ nardo. i. spica nardi. cui⁹ dos sit. ℥. ij.

¶ Iste sirupus apud modernos in vsu nõ est: ⁊ maxie ꝑm istam descriptionẽ: sed illa descriptio q̃ vtimur ꝑ magistralis quã moderni practicãtes maxie Papienses multũ laudãt: ⁊ multũ valet ad ea q̃ dicit Nicolus. Jo. Mattheus gradi in capitulo de puocatiõe menstruozũ hz vnã aliã descriptionem que ab hac non differt.

¶ Arthemisia ꝑm circa instans est mater herbarum cuius folia magis cõpetũt vsui medicine q̃ radix Dia. in capto de arthemisia dicit. arthemisie tria sunt genera. vnũ est q̃ vocat arthemisia monodos. i. mater herbarum que est fructuosa ⁊ similis absinthio. folia pigulozia ⁊ maiora habẽs ⁊ hastas lõgas. nascit i maritimis locis lapidosis ⁊ sabulosis. altera arthemisia tagetes noiatur q̃ tenera est: semẽ habens minutũ: ⁊ vnã hastã foliis plenã ⁊ nos lingua latia vocamus tanasiam: vel ꝑm quosdã athanasiã: est ⁊ tertia arthemisia q̃ leptafilos dr. nascit circa fossas ⁊ agros floscũlũ eius si cõtriueris sansuci odozẽ hz. Gal. i. 6. simplicium ait. berẽgesif. i. arthemisia: sed textus. Aui. 2. canonis: non videt multũ consonus. qꝛ ponit q̃ est abzotanũ q̃ cõmuniter nõ credit nisi sumpsisse abzotanũ ꝑ arthemisia.

¶ Mellissa hz modernozũ sniaz est ozimũ citratũ. cui⁹ folia odozẽ citri hñt et citraria dr miroꝛ q̃ Nicol⁹ in isto sirupo habeat. ℞. mellisse ⁊ iferi⁹ iterũ replicat eãdẽ. credo q̃ sit error scriptoris vt ostendã in alia littera.

¶ Pericaria. i. herba scẽ Marie. ⁊ ẽ herba q̃ hz folia similia pficis signata. apũd nos iuxta hoztos reperit. existimãt quidã q̃ hec sit zinzibere caninũ vt videt sentire. Aui. i. 2. canoñ. et putauerũt qdam q̃ ipsa sit piper aque.

¶ Perforata. i. herba sancti Joã. siue fugademonum siue ipericon. ⁊ dicitur perforata. qꝛ folia eiꝰ hñt foramina pua in locis domesticis reperit. Auerroys in. v. col. ait heufericon. i. ipericon nel ifricon. ⁊ quidam appellant hãc herbam cozdialem eo q̃ assistatur cozdi.

¶ Matricaria etiam ẽ arthemisia. ⁊ ẽ illa quã Dia. vocat leptafilos. sed Aui. in. 2. canoñ. vocat ipsam vehuen aliqñ alacoen. ⁊ hec est quam lombardi crispulam vocunt. de ipsa melius ostendam infra in capitu. de trociscis alindaracaron. si deus voluerit.

¶ Mellissa vt dictum fuit est ozimum citratum. miroꝛ q̃ Nicolus in isto sirupo hz superius mellissam ⁊ inferius teruz hz mellissam. sed existimo q̃ sit error scriptoris. nã Jo. Mat. gradi loco eius hz abugillissam. i. lactucam asini. sicut pz apud Aui. in. 2. cañ. in ꝓprio ca. de abugillisse. ⁊ idẽ de ipsa quatuoꝛ ca. fac vnũ sub noie abugillisse. aliõ sub noie hearielli. aliõ sub noie lactuce asini. aliõ sub noie scintar. ⁊ hec apũd Dia. vocat ancusa. sapiẽtes vo existimãt q̃ Nicol⁹ volebat dicere abugillisse. vt dicẽt Jo. matthe⁹ ⁊ dicũt q̃ loco eius ꝓt poni lactuca vsualis.

¶ Leuisticum apud Aui. vocatur cheisim. ⁊ ẽ semen satis notum. sed eius genera sunt duo. s. hortulanũ ⁊ campestre hortulanum vero est proprium illud quod notũ est. cãpestre scõm modernozũ opinionẽ ẽ cozdumenum siue carui agreste. ⁊ ambe in isto sirupo ingrediuntur.

¶ Cordumenuz ꝑm Sera. ẽ carui agreste Joã. archulan⁹ in ca. de epilepsia in electuario qd̃ valz ad omnẽ epilẽsiam inquit qd̃ cozdumenũ est cardamomũ. sed mihi non placet. liber qui vr albuchasis in tractatu. 2. in ca. de forma sticãdi oleũ ad faciẽdũ oleũ de lino ait. carui agreste. ⁊ est cozdumenũ. silr ait. Gul. pla. in distinctione de tyriaca vt dictũ fuit. ⁊ h̃ pro cozdumeno intelligit semẽ leuistici cãpestris. ⁊ hoc ẽ semẽ quod reperit sub planta paucedani. ⁊ hoc est ex secretis simplicium.

Sirupus de endiuia cuius iuentoz fuit gẽtilis ò fuligico. ℞. suci ẽdiue. suci ẽpice. añ. lib. iij. clarificentur predicti suci ad ignem vt expedit. rosarũ violarũ. lenticule. aque florũ nenufaris. politrici. añ. ℥. s. capillozũ veneris. ozdei mũdi. seminũ cõiũ maiozũ fridozũ añ. ℥. i. fiat sirupus cũ zuccaro. q̃ztũ sufficit secundum artẽ ⁊ aromatizetur cum sandalis albis ⁊ rubeis ⁊ berberis seminũ citontozũ. ligni aloes. cinamõi. corticũ citri añ. ℥. i. ⁊ vsui reseruetur.

Iste sirupus ꝑm plurimũ est ille q̃ vtimur ꝑ sirupo ò endiuia ꝓposito. tũ fuit q̃ faciunt ipm ꝑm descriptionẽ quaz superius posui ex auctoritate Francisci de pedemontiũ. ⁊ sic ẽbo hñt efficaciã. Epatica ẽ herba satis nota Dia. vocat ipsã licenã. vt dictũ fuit in sirupo de epatica.

Sirupus ad matricem magistralis. ℞. matricis carpobalsami. calami aromatici. xilobalsami. siliqs montani. cassie lignee ana. ʒ. iiij. anisi: feniculi seminis carui. pulegij. origani. calamẽti. rozismarini. serpilij. ana. m. i. ligni aloes. dzonici. cinamomi añ. ʒ. ij. semis agni. costi. cuscu. añ. ʒ. iiij. radicũ mãdragore iusgami añ. ℥. s. mellis dispumati. quãtũ sufficit. fiat sirupus ꝑm artẽ. dentur mulieribus habentibus malum stomacũ ꝑm ⁊ ad passionem matricis mirabiliter valet.

Iste sirupus ꝑm istam descriptionem est in vsu. in partibus mediolanensibus ⁊ debet fieri decoctio cum aqua ferrea ad pondus lib. i. vini albi odoriferi. ⁊ omni coquantur vsq̃z ad consumptionem medietatis. Mattheus siluaticus de ipsa loquitur in littera ferugo. matricaria ẽ arthemisia ⁊ illa quam Dia. vocat parthemon. sed Aui. vocat ipsam vehuen. aliquando alacoen. q̃ idem est. ⁊ hec est herba quã lõbardi crispulam vocant.

Agnus castus. s. semen notum est. Dia. inquit agnus siue aligos latine alexãdrina appellata. Sera. ò ipso duo capitula facit. vnum de arboze qd̃ vicit agnus cast⁹. aliõ de pipperelle que ẽ semẽ eius. infra apparebit ò̃scriptio trocisce agno casto. ⁊ ibi melt⁹ ostendam si dñio placuerit.

Sirupus de arthemisia. ℞. florũ arthemisie. m. ij. calamẽti. folij saturegie. origani. thymi tamarisci. asticados ana. m. i. florum camomille. florum melliloti. sansuci. i. maiorane. anthos ana. ℥. i. blacte bisantie. calami aromatici añ. ʒ. iij. celtice. i. spice celtice. ʒ. i. camedreos. matricarie minozis. betonice. abzotani ana. m. s. acoti. prassij. foliozum rubee maiozum. siliqs montani ana. ʒ. i. assari squinanti. anisi. maratri idem est feniculi. ameos ana. ʒ. vj. fiat decoctio ex istis ⁊ cum melle q̃tum sufficit fiat sirupus.

Iste sirupus est ille qui generaliter in vsu ẽ. tũ hodie fuerunt vnã aliam descriptionẽ quã describit Nicolus florẽtinus que ẽt est laudata apud nros doctores. de q̃ vide sup̃tũ vide vtranq̃z ⁊ elige quam volueris.

Arthemisia. i. altilia siue berengesif. Papias ait. arthemisia ab inuẽtoze dicta. vt Pli. placet herba a gentilibus diane consecrata. nã grece artemis diana dicitur. Macer inquit in principio libelli sui herbarũ quasdã dictu⁹ carmine vires. herbarũ matri dedit arthemisia nomẽ. cui grecus sermo iustum puto ponere primo. hui⁹ opẽ fertur prior inuenisse diana arthemis grece que dr ideq̃z nomẽ herba tenẽt ⁊ ẽ. ꝑm circa instans est mr̃ herbarum.

Foliuz. i. malabatrum. loco eius ponat spica aut macis saturegia. i. timbza Pli. inquit timbra vero q̃ fit cunilia hec apud nos hz vocabulum ⁊ aliud saturegia victa i ꝓdimẽtario genere serit mense februario.

¶ Anthos grece ẽ flos vñ alosanthos. i. salis flos. sz hic ꝑ ãthos itelligit flos rozismarini. inde Nico. diãthos dicit q̃ fit de floribus rozismarini: ẽt flos eius dicitur alchilil.

¶ Matricaria minoz hz plurimũ est secũda species arthemisie. Dia. de forma ipsius describit. ⁊ hec est illa quã hodie ranacetum siue daneta vocant.

¶ Abzotanũ herba ẽ satis nota. Joan. Sera. i capitulo ò retẽtiõe mẽstruozũ ⁊ cura eiꝰ ingr. sanguasoza ẽ abzotanũ i antidotario i decoctiõe ad idropicos dicit: belẽgesif ẽ sãguasoza hic textus. Sera. nõ vr verus: nã ipse vult q̃ sãguasoza ⁊ abzotanũ ⁊ berengesif sint idẽ: sed nõ est: quia berengesif: apud Gal. ac Simonem est arthemisia ⁊ non est abzotanum vt dicit Joan. Sera. ⁊ Auic.

Sirupus cozdialis. ℞. mellisse: lingue bouie. i. buglose: bozaginis: endiuie: lactuce ana. m. ij. seminũ cõium frigidoꝛ maioꝛ sandaloꝛ rubeoꝛ acetose ana. ℥. i. fiat decoctio cũ aq̃ rosata: aq̃ mellisse aq̃ buglose: aq̃ endiuie: aq̃ bozaginis: vini granatoꝛ: vini berozũ: agresti: suci ráxioꝛ ana. ℥. vi. zuccari albi lib. vj. misce. ⁊ fiat sirupus ꝑm artem.

¶ Iste sirupus in Papia nõ est valde in vsu: sed in Mediolano magis. ⁊ sine dubio est cozdialis: qꝛ cõfortat cozꝛ ⁊ custodit pericula que accidunt in cozde.

Sirupus de acozo: ꝑm intentionem ozii magistri Hieronymi ò casali phyfici clarissimi. ℞. radicũ acozi. ℥. iij. ysopi: calamẽti: origãi sicce. melisse buglose ana. m. s. sticados. arabici. polipodij. piretri. bõi ana. ʒ. vij. piperis longi ⁊ nigri ana. ʒ. iij. cinamõi fini ʒ. iʒi beris fini. sene bone ana. ℥. s. mirab. chebuloꝛ. indozum. emblicozum ana. ʒ. i. s. sansuci. i. maiorane. ruthe. betonice pulegij. salute ana. ʒ. vi. hasce. epitimi ana. ℥. i. zuccari lib. iiij. fiat sirupus secundum artem.

¶ Iste sirupus a modernis practicantibus non est valde i vsu. sed tpe ozii magistri Hieronymi magis erat in vsu. ⁊ ipse laudat eũ ad egritudines neruozum. ⁊ ad multa alia. Acozus ꝑm Dia. est herba venerea vel affrodisia vel piper apũ Pli. super hoc ait. qd̃ semp i aquosis nascit Sera. dicit hueg. i. acozus ⁊ nominat spatella qdã vocãt ipsum geliã. ⁊ ab alijs gladiol⁹ palustris. dr. arabice vo noiat huegi vel ogi. radix eiꝰ vsui medicie competit.

¶ Hasce. i. thim⁹ Jo. Sera. i ca. de retentione mẽstruozũ dicit. alfohura. i. alhasce. quod idem est.

Sirupus ò scabiosa. ℞. suci scabiose ò̃purati lib. i. aque decoctionis ozdei capillozum veneris ana. quantum sufficit. zuccari lib. ij. dissoluti in predicto suco. ⁊ decoctione. cui addantur cozallozum rubeorum tritozum. ʒ. iij. ligatozum in pecia rara. ⁊ ex eis fiat sirupus.

Iste sirupus in partibus nostris nõ est valde in vsu.

Scabiosa vo est herba satis nota. sed miroꝛ q̃ nñ auctores de ipsa non loquunt. tũ ꝑm intẽtionẽ Matthei fil. dicit q̃ scabiosa latine grece stibes vel stibeos. ⁊ ibi loquit de scabiosa ex auctoritate Dia. sub littera scabiosa. qd̃ nõ reperit. verũ ẽ q̃ Dia. ca. vnũ facit de stibeos. sz ignoro q̃ illud fit de scabiosa. sed ꝑm intentionem Matthei idẽ est. Loncoregius in capitulo de tussi in fine capituli iquit sic. sed quia scabiosa confert in hac passione. ⁊ parum de ea dicitur ab auctoribus. ideo hos versus nota. Urbanus per se nescit pzecium scabiose. Nam purgat pectus quod comprimit egra senectus. Purgat pulmonem lateris q̃ simul regionem. Rumpit apata lenit virtute probata. Emplastra fotis necat antracem tribus hozis. Intus potatur. ⁊ sic vnus euacuatur.

Sirupus de betõica. ℞. betonice. m. i. ruthe celidonie. fragrarie. eufragie. leuistici. pulegij. camedreos. rozismarini. origani. foliozum lauri. saluie. ỹsopi. liquiritie rubee. i. rubee tinctoꝛ. garlofilate. i. samamunde ana. m. s. seis anisi. anetri. ameos. petrosilij lactuce ana. ℥. i. s. rosarũ flozũ bozaginis añ. ℥. i. fiat ex ipsis decoctio ⁊ cum zuccaro albo fiat sirupus.

Iste sirupus apud nos non est in vsu. Sed in mediolão vtuntur ipso.

Betonica vo est herba satis nota Dia. vocat ipsã betonicam. Sera. in cap. de betõica dicit. plurimũ quod ex eis administrat sunt folia. Galie. in septimo simplicium dicit. cestrum latine dictũ betonica. Macer ait. Betonicam soliti sunt cestron dicere greci. Pli. veroꝛ in hyspania eã que betonica dicitur in gallia. i Italia aũt sarratula. a grecis cestron dicitur. Auerroys quito col. ait. alchisom que in latino dicitur betonica ⁊ in perfica lingua berahuem.

¶ Fragraria herba est ferẽs fragra. ⁊ granum ipsum ꝑm Mat. siluaticũ est granũ acetosum eius planta similis pẽtafiloni est: quapp Pli. in cap. de quinq̃z folio dicit. gnq̃z foliũ fragra gignere: nõ q̃ illũ fit gnq̃z foliũ q̃ nos vtimur in medicinis: sed ad eiꝰ similitudinẽ. i. a numero foliozũ gnq̃z foliũ appellauit. apud nos vero fragra sunt fructus: q̃ quãdo maturescũt rubicundi efficiunt: ⁊ satis nõ sunt.

¶ Eufragia est herba que in pratis ac alibi inuenit. ⁊ ꝑm Mattheum siluaticum est herba adhil. ⁊ laudat ipsam. qꝛ medetur egritudinibus oculozum.

Sirupus de lupulis. ℞. suci lupulozum lib. ij. suci fumiterre lib. i. purificentur suci ⁊ cũ lib. iij. zuccari fiat sirupus.

Iste sirupus apud nos est in vsu. Lupulus vero secundum Mesue est species volubilis ⁊ est habens folia similia citrulo. cuius flos est sicut ampulle adherentes. ipsa vero planta dum est recens in principio ortus sui comedit cima ipsius. Petrus de crescentijs dicit humilus. i. leuertigo flos eius propter siccationem maximam suam seruatur per longissimum tẽpus in virtute sua. ita q̃ vulgaris opinio est q̃ nũquã putrescat. ⁊ est acuti odozis ⁊ fortis hec apud nos in hortis reperitur.

Sirupus de buglosa. ℞. suci buglose. suci bozaginis ana. lib. ij. suci pomozum dulciuz lib. i. s. foliculozum sene. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. foliculi sene ⁊ croc⁹ ponantur in infusione per diem ⁊ noctem in parum aque ⁊ cum illa infusione fiat decoctio: ⁊ cum suci ⁊ lib. iij. zuccari fiat sirupus secundum artem.

Iste sirupus in vsu non est apud nos buglosa vero herba est satis nota. Galie. in. vi. simpl. dicit lisen althaur. i. lingua bouis. Jsidorus ait buglosa a grecis dicta eo q̃ folia asperrima ad modum lingue bouis habeat. Auicen. in. ij. cañ. de ea loquitur in tribus locis vz in ca. de chen zaugueni. ⁊ in capitulo de lingua bouis: ⁊ in ca. de maru. ⁊ secundum quosdam habetur opinio q̃ ipse Auicen. non cognouerit veram buglosam.

Sirupus de suco endiuie. ℞. suci endiuie depurati lib. viij. zuccari taberzet lib. v. s. fiat sirupus secundum artem.

Iste sirupus apud oẽs generaliter est in vsu. ⁊ miroꝛ q̃ descriptio sua ab auctoribus auctẽticis nõ reptak. vñ qñ doctoꝛ ozdinat sirupũ de endiuia simplr̃ de isto semp itellig̃. ⁊ est sirupus de endiuia simplex vel sirupus de suco endiuie supra posite fuerunt due descriptiones. sed sunt descriptiones sirupi de endiuia compositi.

Sirupus rosat⁹ ex infusione rosaꝝ ficcaꝝ. ℞. infusionis rosarũ ficcarũ zuccari añ. lib. ij. coq̃t ⁊ coletur ⁊ fiat sirupus ꝑm artem.

Modus aũt faciẽdi infusionẽ rosarũ ficcarũ est sicut fit ex rosis viridibus: cuius descriptionez ipsi⁹ supra posui. ⁊ scias quod ẽ ista descriptio aliqñ vtimur. tũ raro. si eẽt aliquis q̃ vellet facere sirupũ rosatum solutiuum videat descriptionem suã apud Aui. in tertio cañ. in Fen. xxij. i ca. de solutiuis: sed non est in vsu.

Rob de Ribes. ℞. suci ribes lib. x. decoquatur cum facilitate vsq̃z dum consumatur tertia ipsius. deinde coletur ⁊ dimittetur residere vsq̃z dum clarescat. deinde coquatur cum multa facilitate in vase vitreo vsq̃z dum habeat spissitudinem aut exponatur soli vsq̃z dũ pinguescat ⁊ conseruetur.

Rob vo apũd arabes est succus cuiuscũq̃ fruct⁹ coct⁹ ad spissitudinem vt fuari possit. Aui. in. s. cañ. in. vi. tractatu ponit vrtam q̃ est inter sirupũ ⁊ robub. ⁊ sit q̃ sirupi sunt decoctiões ⁊ suci ispissati cũ dulcedine ⁊ robub sunt suci ispissati per seipsos Gal. in lib. secretozũ in ca. de frenesi ⁊ tussi ficca ⁊ febre cõclusa ait. coagulatũ ⁊ ẽ robũ tũ scias

quãdo simpliciter reperitur rob intelligitur mustũ coctũ.
¶ Ribes secundum Serap. est planta habens capreolos recentes rubeos ad viriditatem tendentes. in fine cap. ait ⁊ putauerunt aliqui medicorum ꝙ sit illa quam nos nominamus acetosam. i. lapacium: ⁊ putauerunt alij ꝙ ipsa sit granum acetosum: quod defertur ex corasceni ⁊ Bulief. placen. ait ribes. i. acetosa vel acetosella quod non creditur. nam aliud est ribes aliud est acetosa. verum est ꝙ ambe videntur habere eandem virtutem: sed non sunt eedem Auic. in. ⁊. canon. in ca. de ribes ait. in est ei virtus acetositatis citri agreste. ⁊ fit in Damasco sirup' de ribes qui defertur ad nos ⁊ vtimur ipso.

Rob de agrest ⁊ modus eius est sicut rob de ribes sed in vsu non est.

Rob de cornib' valde sic rob de agresta. ℞. succi corniũ. ⁊ ppte qbus ē mediatio iter maturitatē ⁊ acerbitatē ⁊ opatio ei' ē sicut rob de ribes.

¶ Cornu est fructus similis oliue: sed oblõgius apud nos in hortis nascitur. hoc apud Dia. vocatur carnea arbor. i. cornea. semen habet simile oliue sed paulo oblongi' ⁊ viride: qõ cum maturuꝫ fuerit ob ruffi coloris est. existimãt qdã ꝙ iste sit fructus q̃ apud Aui. in. ⁊. canon. vocat. mauran. Ouidius metha. primo ait. Cornu q̃ ⁊ in durie herētia mora rubetis: ⁊ Virgi. Victũ infelicem bacas lapidosaq̃ cornu. Dant rami.

Rob de sumach nõ est i vsu: sumach ꝑm Aui. aliud est corasceni: ⁊ aliud est seni minus corasceno rubeum: lentis similitudinem habẽs: ⁊ est conueniẽs ei cui conueniunt acatia: ⁊ rosa ⁊c. Sera. ca. de sumach vi cit ex auctoritate Dia. sumach sũt qdã q̃ noiant ipm adiuratio ⁊ est sumach cibus in arabico ⁊ est planta q̃ dr̃ros barsodisticos: ⁊ est in arabico sumach corton: ⁊ est arbor nascẽs in locis saxosis: cui' lõgitudo ē duoꝫ brachiorꝫ folia habẽs oblõga: quoꝫ color vergit ad rubedinẽ sanguinis grana hꝫ in magnitudine lẽtisci aliquãtulũ lata. tuua mentũ eius est in cortice granorũ Gal. melius qõ est in tota arbore ē cortex grani ei' ⁊ suc' ei' ꝑm circa instãs eius granum per quatuor annos seruatur.

¶ Rob de moris scenni. i. moris celsi non est in vsu.

¶ Sectioni de sirupis ⁊ robub secundum intentionem diui Mesue ⁊ aliorum doctorum hoc loco finem imponimus vertamus modo sermonem nostrum in sectionem de decoctionibus. Illuminet igitur sensus ⁊ corda nostra ille qui est lux veritas ⁊ vita.

¶ De decoctõibus ꝑm diui Mesue ac alios doctores.

Becoctio capillorum ve. Mesue. in suo antidotario. ℞. capil. ve. ℥. i. 5. fumiterre. ℥. i. lupuli violarum siccarum ana. ʒ. viij. prunorum numero. xl. iuiube numero. xx. coquantur in lib. iij. aque cum facilitate vsq̃ dum redeant ad lib. i. ⁊ proijce in ea cassie fistule: mundate a cortice suo. ℥. iij. tamarindorum ʒ. ij. siracost. ℥. i. reubarbari boni. ʒ. iij. fricetur manibus ⁊ coletur ⁊ p pinet in s in mane: ⁊ q̃nq̃ ponitur loco aque seri caprini. i. aque lactis vel casei lib. iiij.

¶ Decoctio vero est apozima diuersaꝫ medicinarũ. s. aq̃ in qua medicine coquunt. idẽ in ca. de tussi humida hꝫ vnã aliam descriptionẽ: sed non est eadẽ in fine decoctionis dicit: ⁊ si volueris accipe ex hac decoctione lib. ij. ⁊ cũ melhueg. i. vino cocto ⁊ zuccari. ℥. x. fiat sirup' ⁊ p ista verba que dicit Mesue existimant: quidã ꝙ ex illa decoctiõe põt fieri sirupus de capillo veneris.

¶ Capillus veneris apd Aui. in scdo cañ. vocat bescegnascen. ⁊ dicit ꝙ est coriãdrũ putei ⁊ pñce ē bescegnascen. ⁊ siriace ē capillus porcin': ⁊ arabice ē capill' algul. Isidorus dicit capillum veneris vocatũ siue q̃ elapsos post alopiciam capillos recreat. vel q̃ capillorũ fluores coerceat vel ꝙ sit virgulis nigris leuibus cum splendore quasi capilli eius spẽs ꝗ modernorũ opinionem sunt tres. s. capillus veneris q̃ satis est notus. politricum qõ herba est que in puteis reperitur. ⁊ adiãthon qõ similitudinẽ hꝫ capillorum veneris. ⁊ hec iuxta fossos reperit. ⁊ sic iste tres spẽs in virtute differunt parum abinuicem.

¶ Siracost est spẽs mãne sicut apparet apd Aui. in secundo cañ. in ca. de mãna: ⁊ dicunt quidã sapiẽtes ꝙ siracost est deterior aliꝭ spẽbus manne.

Becoctio de epithimo ꝑm Rasis in nono almãsoris i ca. d melãcolia. ℞. mira. idorũ. ʒ. x. polipodij. ʒ. v. sene. ʒ. viij. turbith. ʒ. iiij. sticados. ʒ. x. passulaꝫ enucleataꝫ. ʒ. x. epithimi. cretẽsis. ʒ. x. oia excepto epithimo in trid' libris aque coquẽda sũt donec ad vnã li brã ⁊ mediã redeãt. ⁊ cũ hoc factũ fuerit addaf epithimũ ⁊ illico ab igne remoueãtur ⁊ dimittãtur donec infrigidari ceperint cumque ifrigidata fuerint manibus fricata. colentur ⁊ vsui reseruentur.

Hec decoctio de epithimo ꝑm aliquos. est illa de qua intellexit Rasis in hoc nono in cap. de emotroidibus ⁊ fistulis. ⁊ ragadijs in fine confectionis de scoria ferri. cum dixit. conficiatur cum apozimate emblicorum. sicut in capitulo de melancolia nominamus. sed si bene consideremus ista non est apozima emblicorum. de quo Rasis intelligit. quia ibi non ingrediuntur emblici. verum potius apozima de qua intelligere debemus. est illa que ponitur a Rasi. in fine dicti capituli de melancolia. in descriptiõe electuarij letificantis in qua ingrediũtur mirabolani. chebuli. ⁊ emblici hoc modo. ℞. mira. che. embli. ana numero. xx. terantur. ⁊ in tribus lib. aque coquantur donec ad vnam redeant. ⁊ colentur. ⁊ profecto de isto apozimate intelligere debemus. vt volunt sapientes. ⁊ eam ponere in dicta confectione de scoria ferri ⁊ non decoctionez de epithimo que non cõuenit. ⁊ in casu. lꝫ in declaratione dicte confectionis. dictum sit debere intelligi decoctionem de epithimo superius scriptam.

Becoctio cõmunis ꝑm magistrũ Petrũ de tussignana in cap. de paralesi. tremore. tortura. ⁊ spasmo de repletione. ℞. ordei. ℥. iiij. prunorum numero. xij. liquiritie. tamarindorum. anisi feniculi ana. ℥. s. aque lib. iij. buliant sil vsq̃ ad ꝓsumptionem tertie partis lento igne. ⁊ conseruetur.

Hec decoctio apud nos est multũ in vsu. ꝗ sũt ex hoib' q̃ faciũt ipsã p aliã ꝑm voluntatẽ doctorũ. ⁊ si ꝑm istã descriptionẽ facere volueris addãtur in fine decoctionis iã dicte buglose ⁊ borraginis ana. parũ ⁊ vsui refna. ⁊ q̃nto recentior tanto melior. in ãpullis de vitro melt' ꝓbuat: Ibidem dicit ꝙ ampulla ē dicta q̃si ampla bulla. sicꝫ est enim in rotũditate bullis q̃ ex spũis aq̃rũ fiũt. atq̃ ita istam vẽto.

Becoctio pectoralis ꝑm Bart. montagnanã in suo antidotario. ℞. caricarũ pinguiũ. i. ficuũ siccarũ. ʒ. vi. dactilorũ pinguiũ. prassij. ʒ. i. seminis apij. feniculi passularũ. capillorũ veneris. yssopi. liquiritie ana. ʒ. v coquãtur oia in lib. xiiij. aque vsq̃ ad ꝓsũptionẽ medietatis. ⁊ colet. ⁊ fiat decoctio.

Hec decoctio fit ex varijs intentionib' sunt qdã q̃ faciunt ipsã magistralr. ⁊ sunt qdã q̃ faciũt ipsã ꝑm aliã descriptionẽ sicut ē intentio medicorum.

De trociscis ꝑm sniaꝫ oñ Mesue ⁊ aliorũ doctorum.

Onfectio gallie musca. ℞. xiloaloes crudi bõi ⁊ electi. ʒ. v. ãbre. ʒ. iij. musci bõi. ʒ i. glutis. draganti. ʒ i. gũmi dragãti. ⁊ aq̃ rosate quãtũ sufficẽ ad misce dũ ea. fiãt troc. similes folij mirte ⁊ figillẽtur ⁊ reponant in vase vitri. ⁊ administrẽtur. ⁊ apd alios dissoluat ambra i vase vitreo cũ oleo de ben pauco. ⁊ pficiantur cetera cum eo.

Hec confectio apud apothecarios est multum in vsu. ⁊ maxime secundum istam descriptionem. ⁊ dixerunt sapiẽtes ꝙ ista descriptio debet poni in confectionibus ac electuarijs q̃ sũt ex auctoritate ipsius mesue Nicolaus i suo antidotario hꝫ aliam descriptionẽ cõfectionis gallie muscate q̃ etiã ē in vsu. ⁊ sapiẽtes dixerũt ꝙ etiã ꝑm illã descriptionẽ fieri ⁊ administrari in cõfectionibus ac aliꝭ q̃ sunt ex auctoritate Nicolai sunt ex hoibus q̃ vocãt trociscos de gallia muscata mesue. ⁊ dicũt ꝙ gallia dr̃ a q̃dã puicia sic noiata Bul. placẽtinus inquit. gallia dr̃ a q̃dã herba q̃ galla odorifera appellat Sera. de gallia ca. facit. ⁊ dic ꝙ ē such. Rasis in nono almãsoris describit trociscos muscatos. sed non sunt idem. de quibus infra.

Trociscus aũt dr̃ a trocos qõ ē rota. qr trociscꝰ ē factꝰ ad modũ rote. Simon Januẽ. ingt trociscꝰ dicꝰ a trocos greco qõ ē rota vel aliqd sile rotũdũ. Mesue dicit ꝙ fiãt tro. siles folijs mirthi hodierni apothecarij ñ faciũt ipos illo mõ. ſ; faciũt ad modũ rote currẽtis. vt ē notũ. me. vt cit ꝙ prediti troc. debẽt figillari. liber ãt q̃ dicit bulchasiꝫ in tractatu scdo docet modũ faciẽdi figillũ quo figillãtur trociscꝰ. ⁊ fit figillũ ex ligno ebani aut buxi. aut eboris aut alterꝰ rei. ¶ Oleũ de ben. i. de granis bẽ qõ vocat balaninũ ⁊ nõ muscelinum vt quidã putauerũt eius faciendi modum ponit mesue de quo infra.

Confectio gallie sebeline nõ ē in vsu. tũ igredi tur in ꝓfectiõe aromatici nardini. sed loco eius sunt qui ponunt galliam muscatam.

Confectio gallie alesangine. ⁊ ē eiꝰ interꝑtatio d aromatibꝰ. ⁊ ē ista de q̃ antiq ꝓfiderant. ⁊ de qua plurimũ loquunt. ℞. bonoꝫ emblicorũ ablatis ossibꝰ. ʒ. iiij. cõterant cõtritiõe grossa. ⁊ ponantur in vase vitreo ⁊ fundatur eos aque rosate bone ⁊ electe infusionis rosarum siccarum ⁊ corticum citrorum lib. 5. ⁊ stringatur os vasis ⁊ dimittatur per dies tres: deide fundãtur in eis aque predicte infusionis. ʒ. iiij. ⁊ in crastinum fiat silr vsquequo mblicorum virtus in aq̃ ipressa fit. tũc vero. ℞. ligni aloes boni. ʒ. viij. ramic. ℥. i. 5. rosarũ. ʒ. x. gariofi. ʒ. x. spice inde. ʒ. sandali citrini aromatici ʒ. iiij. gummi ara. ʒ. vi. terant omnia sicut alcohol. i subtiliter: sicut sunt arhomi solares ⁊ fundat sup ea paꝫ succi ifusionis p̃dicte ẽblicoꝫ ⁊ terãt cũ eo vsq̃ dũ totũ i eo paulati fũdat vltio vo aromatizet cũ. 5 i. camphore ⁊ ambre. ʒ. ij. musci boni. ʒ. ij. fiant inde trociscꝰ ⁊ figillent. sicut diximꝰ ⁊ ponatur in vase vitreo ⁊ administrentur.

¶ Hec confectio istius gallie ꝑm intentionẽ Mesue eius interpretatio est de aromatibus q̃ apud nos est in vsu. Liber qui dicitur bulchasis docet modum faciẽdi trociscos de gallia ⁊ inquit: si vis facere trociscos alios de such. i. gallia: sed non sunt idem. infra ait. quando autez transiuerit super eos annus erit gallia bona: ⁊ quanto amplius tẽpus habuerit tanto erit gallia melior ⁊ gallie quatuor sũt species. s. gallia ex musco ⁊ gallia ex ventribus ⁊ ex corio ⁊ ex aqua operatio. gallie ex musco est illa quam dixi: ⁊ iterabo operationem eius breuiter quando ramich fuerit siccum ⁊ est ꝙ accipias ex musco ⁊ teras ipsum per se: ⁊ terras ramich per se ⁊ cribra cum cribro mediocri ⁊ pñce super ipsum muscum ⁊ malaxa in vase quod arabice dicitur salachia cum oleo de cheiri aut zabath: ⁊ fac trociscos ⁊ existimant qdã sapientes ꝙ isti trociscꝰ sũt illud qõ nos zebeth vocamus. Simon Januensis inquit. in littera gallia muscata dicebat iudꝰ vocari zebeth arabice nos seneram vocamus ⁊c.

Confectio trociscorũ diarodon. ℞. foliorũ rosarũ rubearum aur. vj. spice aromatice. i. nardi aur. ℔ ligritie aur. iij. ligni aloes aur. ij. spodii aur. i. croci aur. s. masticis. ʒ. ij. confice cum vino albo. ⁊ fiant inde trociscꝰ.

¶ Trociscꝰ diarodon secundum Matheum siluaticum sunt trociscꝰ de rosis: ramen secundum intentionem Mesue aliud sunt troc. diarodon: ⁊ aliud sunt troc. de rosis: vt apparebit quod ipse Mesue aliã descriptionẽ facit. ⁊ ō hac debẽt fieri due descriptiões quarũ vna ē ista dñi Mesue: que solum debet administrari in suis confectionibus vt ē in diarodon. ⁊ in electuario de gẽmis: ⁊ in aliꝭ. Alia vero descriptio est ex auctoritate Nicolai. ⁊ illa debet administrari in suis confectionibus vt docet ipse Aui. in gnto canonis habet trociscos de rosis nominatos diarodõ: sed non sunt in vsu.

Confectio troc. de rosis. ℞. foliorũ rosaꝫ. ʒ. x. ligritie. ʒ. v. spice aromatice. i. nardi. ʒ. ij. 5. cõfice cũ vino albo. ⁊ si laxatiuũ facere volueris addẽ scamonee. ʒ. iij. ⁊ reseruentur.

¶ Isti troc. sunt illi quibus nos vtimur. idẽ iferꝰ hꝫ vnã aliã descriptionẽ: sed hec est nobilior illa. Aui. in quito canonis hꝫ multas descriptiones: quaꝫ pria descriptio ē de rosis vniuersalis. sed ea est de rosis asclepiadis. tertia ē ō rosis cum scamonea: ⁊ iste eedem sunt cum illis dñi Mesue addendo scamoneã: vt dicit ipse: aliꝭ faciunt cum spodio: aliꝭ cum spica: ⁊ sic de singulis: sed non sunt in vsu. Rasis in nono almãso. in ca. de his que cõfortãt stomacuꝫ. ⁊ cibos pficiunt digestionem. habet vnã aliã descriptionẽ ⁊ i decimo Almansoris in ca. de quotidiana q̃ vocat flegmatica habet vnã aliam descriptionez quã nominat de rosis completis: sed non est in vsu.

Confectio troc. de rosis ⁊ de eupatorio. ℞. foliorũ rosaꝫ. ʒ. viij. spice. ʒ. iij. rauedsem. i. reubar. ʒ. iiij. spodij. ʒ. i. 5. ligritie. ʒ. iij. 5. ⁊ succi eupatorij. ʒ. x. fiant troc. cum tereniabin. i. mãna.

¶ Hec descriptio istorum trociscorum de rosis ⁊ de eupatorio apud nos est multum in vsu. rosa flos est satis notũ Pli. ait. rosa nascitur spina vertus q̃ fructice: i cibo quoque prouenienc illic etiam iocundi odoris q̃ vis angusti secundum circa instans rosa ficca ⁊ viridis comperit vsui medicine ⁊ est magne efficacie. species autem rose sunt multe. nam est rosa afini que neremisch dicitur siue peonia: ⁊ est rosa regia. i. straphisagria: ⁊ est rosa vinee. i. flos spine ⁊ albe: ⁊ est rosa zamen. i. maluauisci: ⁊ est rosa persica. i. rubea: quoniam a pei sia habuit ortum. ⁊ est rosa canina. i. planta in cuius radice nascitur fungus ex quo fit spoguistidos: ⁊ est rosa marina que apud quosdaꝫ corona mõtis siue rosis marini dicitur. ⁊ sic de singulis.

Trocisci de rosis. ℞. rosaꝫ. ʒ. iiij. ligni aloes. ʒ. ij. masticis ʒ. i. 5. spice. s. nardi. clamõi. cassie lignee. florum squinanti ana. ʒ. i. fac troc. ʒ. ij. cũ vino antiquo ⁊ aqua decoctionis radicum.

¶ Ista vero descriptio apud nos nõ est in vsu. sed illã quã vtimur. suprascripsi. Mesue ingt quod p̃dicti troc. debẽt fieri cum vino ⁊ aqua decoctionis radicum. sed nõ specificat q̃ sint ille radices que debẽt poni. sed sapiẽtes credunt ꝙ ih simpliciter reperitur radicũ intelligitur de quinq̃ que sũt ꝑpte iste. s. feniculi. apij. brusci. petroselini ⁊ spagi ⁊ sic iste qnque radices debẽt bulire in aq̃. ⁊ de illa aq̃ que erit decoctio debent fieri prediti trociscꝰ.

Sucabal ertis. ⁊ est gallia magna siue regalis. ℞. succi albelach lib. vnã bullat. ebullitiõe vna. deinde coletur ⁊ proijciatur super ipsum gallarum recentium contritarum contritiõe vltima. ʒ. iij. ⁊ bullat donec fiant sicut mel currens. deinde. ℞. foliorum rosarum. ℥. 5. cardamomi. lingue auis. i. seminis fraxini. gariofilorum. nucis muscate. masticis ligni aloes aã. ʒ. vij. 5. darsenni. ʒ. iij. sãdali. mahazari. i. citrini. ʒ. v. croci. ʒ. v. gũmi ara. ℥. i. terantur ⁊ cribelentur: ⁊ misce cum predictis. ⁊ expã de super marmore inuncto oleo amigdalarum donec ficetur. deinde puluerizetur sicut alcohol. ⁊ aromatizetur cum musci auf. 5. deinde cum aqua rosata fiãt trociscꝰ subtiles ⁊ siccentur in vmbra.

¶ Hec descriptio istius gallie non est in vsu ꝑm intentionẽ mesue est gallia magna siue regalis. i. ispersalis.

¶ Albelach ꝑm mtos sunt dactili immaturi. Supra posui sirupũ de albelach. ⁊ ibi ostendit ꝙ Aui. in scdo cañ. i ca. de gallia ingt. gallia vera ē finia facta ex emblicis nũc autem quoniã illud est difficile sumitur pondus ipsorũ ō gallis ⁊ albellam. quod ē albelach. vt dicit gentilis. ⁊ sũt ꝑpte dactili immaturi.

Darseni est cinamomum grossum. sed lumen apothecariorum vel versus tenebra exponit quod est cinamomum electum quod non est sicut ostensum fuit supra in confectione de cinamomo.

Confetio ramich q̃ est medicina cõposita. ⁊ rectipitur in aliꝭ medicinis. ℞. succi herbe acetose. ℥. xvi. bullat ebullitione vna cũ. ℥. i. rosarũ ⁊. ℥. ij. granorũ mirtilorũ. ⁊ coletur. ⁊ misce cũ eo gallarũ recẽtiũ ⁊ humidarũ tritarũ vltima cõtritione. ℥. iij. ⁊ coquatur ad huc deinde puluerizet sup ea foliorũ rosarũ. ℥. i. sãdali mahazari. i. citrini. ℥. i. ⁊ quarta. i. ʒ. iij. gũmi arabici. ℥. i. 5. carnũ sumach. i. rosis siriaci. spodij ana. ʒ. viij. succi agreste. ʒ. viij. succi granorũ mirti tritorum cõtritione vltima. ʒ. iiij. ligni aloes. gariofilorum. macis. nucis muscate ana. ʒ. iiij. inuoluantur omnia simul. ⁊ expande in scutella lapi-

dea vsq; dum fiet cecetur. deinde tere sicut alcohol. i. subtiliter sicut athomi solis. ⁊ cū cāphore aure. i. ⁊ aqua rosata fac troc. subtiles ⁊ exsicca i vmbra. ⁊ apud alios loco suci acetose ponit suci citonton acetosorū imaturorū tātūdē. ⁊ q dam sunt qui aromatizant cum musci. ʒ. vnius quarta.

¶ Nec cōfectio ramich seu trocisci de ramich ⁊ apd nos ē multū in vsu: ⁊ vtimur multū in alijs ꝓfectionib⁹ ꝗ ōscri ptiones ipsius sūt diuerse ꝑm diuersitatē medicoꝝ. nā ei⁹ descriptio reperit etiā apud Sera. in suis simplicib⁹: q sic ait. ramich est gallia seu materia ex qua fit gallia: ⁊ dicit q̃ accipit ex multis spēbus: ⁊ aliquādo accipitur ex vacci nis imaturis: ⁊ aliquādo accipit ex galiis: ⁊ aliquādo acci pit ex corticib⁹ granatorū ⁊ ex herbis asperis ⁊ oēs speci es ei⁹ sūt frigide ⁊ stiptice ⁊ ipsū ē radix such. i. gallie ⁊ c̄. inferius docet modū faciēdi: sed non ē similis isti Mesue liber q̃ dr albuchasis in tractatu secūdo habet vnā aliā de scriptionē que fit ex passulis bonis rubeis ⁊ alijs: sed non fit. nobilior vero omnium est hec. d. Mesue.

¶ Mesue ignorat suci herbe acetose. i. lapacij acuti qdā credi derūt q̃ esset ribee: sed nō ē: si autē habere nō poteris sucū acetose pōe sucū citontorū immaturorū ad pond⁹ eorum.

Trocisci de camphora. ℞. foliorū rosarū. ʒ. iiij. spodij. ʒ. ij. sādalo. citri. ʒ. ij. ⁊. croci. ʒ. i. liquiritie. ʒ. ij. seminis citrulli. melōis cucumeris ⁊ cucurbite: dragāti: gūmi. ʒ. gūmi ara. spice aā. ʒ. i. ligni aloes: car damomi: amili. i. amidi: cāphore ana. ʒ. i. partes duas scili cet. ℈. ij. zuccari taberzet. i. albi. ⁊ terentabin. i. māne aā. ʒ. iiij. cōfice cū mucillagine psilij: ⁊ aqua rosata.

¶ Hi trocisci apud nos sunt in vsu. ⁊ maxime secundum istam descriptionem Aui. in qnto canonis habet quinq; descriptiones: sed non vtimur illis etiam. Rasis i decimo almansoris in capitulo de febre ethica habet vnā aliā de scriptionem: sed non est in vsu.

¶ Camphora ꝑm Auic. ⁊ Sera. est gūmi arboris. sed Se rapi. de ipsa melius loquitur dicens. q̃ camphora est gū mi arboris nascens in partibus illis. ⁊ est gummi maculati coloris rubei ⁊ lignum eius est album tenerū quasi ve lit fieri nigrum. ⁊ camphora reperitur in corde ligni arbo ris in pertusis ligni que sunt ibi intus extense. Auerrois in quinto colliget dicit. ambra est vna ex spēbus cāphore q̃ oritur in fontibus maris.

¶ Modus faciendi mucillaginē psilij qō ē semē factū aī modū pulicis opꝫ q̃ accipiat psilū ⁊ mūdetur a sordibus suis in pōdere lib. i. ⁊ postea ponat supra ipsum aq̃ calide lib. iiij. aut minus. ꝑm q̃ tu volueris magis vel min⁹ pin guem mucillaginē. ⁊ dimitte per noctē in mane vero cale facias parum predictum psilium cū aq̃ post hoc pone ipsū in pecia. vl saculo facto ex tela lini fortī noua ⁊ grossa ⁊ strige os suū cū ligamēto fortiter ne aligd de psilio lubri cet extra. deide fortiter exprimat tantū q̃ ibi nihil de mu cillagine remaneat. ⁊ vtere vbi oportet.

Trocisci de Reubarbaro. Recipe raued boni. i. reubarbari. ʒ. x. suci eupatorij. ʒ. iiij. rosa rum. ʒ. iij. spice anisi. rubee tinctorum. seminis apij. absin thij. assari ana. i. amigdalaꝝ amara. ʒ. iiij. ⁊ fiāt troc. auf. i.

¶ Hi trocisci apud nos sūt multū in vsu: ⁊ maxie ꝑm istā descriptionem Aui. in quinto cap. habet vnā aliā descri ptionem que quasi idem est. Rasis in nono Almansoris i cap. de dolore epatis habet troc. de raued. i. de reubarbaro sed non sunt in vsu. Mesue non ponit cum quo liqre de beant fieri isti trocisci. sed sēm quosdā debēt cōponi cum suco de eupatorio. ⁊ sic conficiuntur.

Trocisci de spodio. ℞. spodij. ʒ. iiij. rosaꝝ rubea rū. ʒ. vij seminis portulace. suci liquiri tie ana. ʒ. ij. confice cū mucillagine psilij ⁊ fac trocisecos. ʒ. i. ⁊ da cū suco maligranati. ⁊ alij addiderūt q̃tuor semi nū gūmi ara. draganti. croci ana. ʒ. i. ʒ.

¶ Isti trocisci sunt in vsu. ⁊ maxie sēm istā descriptionē ipse mesue dicit qō debent fieri predicti trocisci ex illis q̃ tuor rebus Iferius vero ait. qō alij addiderūt q̃tuor semi num. i. quatuor semina cōia frigida maiora. gūmi ara. dra gātum ⁊ crocū. ⁊ sic debent fieri. quia sūt multe efficatie Auic. in quito cap. habet vnā descriptionē. ⁊ dicūt troc. de spodio cū terentabin. ⁊ sūt ꝑ idē. Rasis in. 9. Almāso ris in ca de fluxu vētris hy vnā aliā. ⁊ in vecio almāsoris in ca. de febrib⁹ ex gb⁹ accidit frig⁹ ⁊ calor similiter habet vnā aliā. ⁊ in eodē tractatu in cap. de febre ethica hy vnā aliam. sed non sunt in vsu.

¶ Spodiū ꝑm Aui. in sēdo cap. est radix cannarū adusta rū Auer. autem in quinto colliget. dicit tū balsir. i. spodiū carbo est nodorū arundinū adustarū. nos vō loco spodij vtimur osse elephantis cōbusto. de quo circa instans ait. spodium os est elephantis cōbustum. elefas habet ossa so lida. vt sunt dētes. ⁊ illa nō cōburuntur. sed ad diuersa of ficia ⁊ artificia seruantur. sophisticantur sepe ex radice cu iusdam cāne cōbuste. q̃nq; ex ossibus canis cōbustis. q̃nq; ex marmore cōbusto. sed hoc nimis ponderosū ē. vnde eli gēdū ē sub albidū ⁊ valde leue ⁊ grossū. qr in puluere faci le adulteratur ⁊ vix cognoscitur.

Trocisci de spodio cū semine acetose. ℞. rosarū rubearū. ʒ. xij. spodij. ʒ. x. seij acetose. ʒ. vj. seminis portulace. scis coriādorum ifusorū in aceto ⁊ torrefactoꝝ. ⁊ pulpe sumach aā. ʒ. ij. ʒ. amili. assi. balaustia rū berberoꝝ aā. ʒ. v. gūmi ara. assi. ʒ. i. ʒ. ꝓfice cū suco agre

Isti troc. etiam in vsu sūt Aui. in quinto cap. habz (ste troc. de spodio cū sale acetose. sed idē non sunt.

Coriandrum est semen satis notum. Infusorū in aceto i. preparatorū. modus terrefaciendi coriandrum oz cale facere patellam ad ignem. deide supra semē coriādri pona tur. ⁊ cū aliquo instrumēto misceat. ⁊ hoc facias tātū q̃ fit bene torrefactum. ⁊ vtere vbi oportet.

Gūmi arabicum ꝑm Sera. ex auctoritate Dia. est gūmi quod reperit sup arborē acatice sicut alie spēs gūmi. ⁊ me lius ex eo ē illud qō ē ex hac arbore qō ē sīse vermiculis i figura sua. color eius est sicut vitrum clarum. ⁊ non hz li gnum. Modum assandi ipsum docet liber q̃ dr bulchasis in tractatu secundo. ⁊ eius mod⁹ iste ē. accipiat gūmi ara bicum ⁊ frangatur in frusta ad magnitudinem orobi. de inde accipiatur patella ⁊ calefiat. ⁊ auferatur ab igne. ⁊ po natur super ea gūmi arabicū ⁊ misceatur bene sine itermis sione donec albescat. ⁊ si nō albescit pria vice fiat iterū vt prius donec fiat album. eodem mō de dragāto ac gummi amigdalarum dicendum est.

Trocisci de berberis. ℞. berberorū aut suci eorū spodij. suci liquiritie. ⁊ seminis portu lace aā. ʒ. iij. rosaꝝ. ʒ. vi. spice. croci amili. i. amidi. dragan ti ana. ʒ. i. seminis citruli. ʒ. iij. ʒ. cāphore. ʒ. ʒ. confice cū terentabin. i. manna.

Isti troc. apud nos sunt in vsu: maxime secundum istaz descriptionem. qr idem inferius describit vnam aliam de scriptionem sed ista est nobilior Aui. in qnto cap. hz septē descriptiones que in vsu non sunt. et Rasis i nono almā soris in ca. de dolore epatis hz vnam aliā descriptionem que non est in vsu.

Berberi apud Aui. in secundo cap. nominantur amir beris ⁊ apud Dia. vocant oxiachantos. i. spina acuta. ⁊ ē arbor que in partibus nostris iuxta aquas nascitur eius fructus exprimitur. ⁊ fit ex eo vinum. quod apud herbari cos dicitur vinum de crispino. etiam apud modernos ex suco ipsius fit litium. ⁊ sēm multos hec ē arbor maligra nati siluestris que a ꝛ era. darfisahā vocat. Sapiētes ha bent hoc pro secreto.

Citrullus ē cucumer. cui⁹ forma lōgior ⁊ maior ē nro ⁊ sunt q̃ loco ei⁹ ponūt semina cucumeris vsualis: ille vō q̃ de nouo scripsit dicit seminis citrulli aā. ʒ. iij. ʒ. ille textus huius tenebre est falsus. nā regula ē inter medicos ac apo thecarios q̃ ana significat duas vl plures res ē acceptas sed hic non intelligit nisi semē citrulli. quapropter illa di ctio ana non conuenit.

Trocisci d̄ absinthio. ℞. rosa. absinthij. anisi aā. ʒ. ij. raued. i. reubarba. suci eupatorij. as sari. apij. amigdalarū amararū. spice masticis. ⁊ folij aā. ʒ. i. fac troc. cum suco endiuie.

Isti troc. in vsu sunt. ⁊ maxie ꝑm istā descriptionē Aui. in quinto canonis habet duas descriptiones. sed nulla ea rum est eadem huic.

¶ Absinthium ꝑm Dia. est notū. cuius ꝓbabilius est pon ticum ⁊ capadocium nascens in montibus. vñ nomen ac cepit a terra. infra habentur due alie spēs. Pli. dicit plura sunt eius genera sandonicum appellatur a ciuitate gallie ponticum de ponto. vbi pecora illo pinguescūt. ⁊ ob id fi ne felle reperiuntur. neq; aliud prestantius multum italico amarius. sed medulla pontici dulcis. sed illud absinthium quod hic intendimus est absinthium ponticum vel roma num vel commune. quod satis est notum.

¶ Folium. i. malabatrum. raro inuenitur. sed loco eius po nimus macem. aliquando spicam.

Trocisci de eupatorio. ℞. terentabin. i. māne. su ci eupatorij. aā. ʒ. j. rosarum. ʒ. ʒ. spice. i. nardi. ʒ. iij. raued. i. reubar. assari. i. assareba cari. anisi. ana ʒ. ij. ʒ. spodij. ʒ. iij. ʒ. fac troc cum suco herbarum.

¶ Isti troc. sunt in vsu. Eupatorium vero ꝑm Gulielm. placenti. ⁊ circa instans est saluia agrestis. sed hoc videt alie num a sententia Dia. nam dicit ipse eupatorium vocant greci radicem agrimonie. eo q̃ diuretica sit valde. etiam se cundum eundem marubium. quidam eupatorium vocaue runt. sed moderni distinxerūt per alias herbas. Gal. in sex to simplicium inquit. cafith idest eupatorium. sed melius est dicere gafith quod idem est Mesue inquit. quod predi cti troc. debent fieri cum suco herbarum. sed non specifi cat cum quo suco herbarum fieri debeant. sed secundū mo dernorum opinionem fieri debent cum succis qui fiunt ex quatuor herbis. ⁊ sunt propie ille que ingrediuntur descri ptionem firupi de bisantijs. ⁊ sunt iste endiue. ⁊ apij. ʒ. j. lu puli ⁊ buglose vel boraginis. ʒ. ʒ. ⁊ simul misceātur. ⁊ fac troc. de eupatorio ⁊ aliōs. ⁊ quando non habemus predi ctos sucos loco eius ponatur firupus de bisantijs.

Trocisci de anisо. ℞. anisi. eupatorij. ana. ʒ. ij. se minis anetl. spice. masticis. folij. i. mala batri. absinthij. assari. ap j. amigdalaꝝ amara. aā. ʒ. ʒ. aloes scilicet succotrini. ʒ. ij. confice cū suco absinthij ⁊ apij.

¶ Isti troc. sunt in vsu. ⁊ maxime sēm istam descriptio nem Auicen. in quinto canonis habet vnam aliam descri ptionem que quasi eadem est.

Trocisci alij de anisо ⁊ sunt de decem medicinis ℞. anisi. ʒ. iiij. masticis. spice. apij. absin tij romani. assari. folij. aā. ʒ. j. amigdala. amara. ʒ. i. ʒ. aloes boni. ʒ. ij. suci eupatorij. ʒ. iiij. ꝓfice cū decoctōe absinthij.

¶ Istis troc. vtimur sub nomine troc. de decem medici nis. ⁊ nominantur de decem medicinis. quia ibi nō ingre diuntur nisi decem simplicia ad numerum. Auic. in quin to canonis quasi in fine habet troc. de decem medicinis. ⁊ idem sunt. oportet autem scire q̃ quando doctor simplici ter ordiat trocisсos de anisо de pria descriptiōe intelligi oz.

Trocisci de lacca. ℞. lacce munde. suci liquiritie absinthij berberis suci eupatorij. raued idest reubarbari. aristologie lon. costi. assari. amigdalarum amararum. rubee tinctorum. anisi. apij. squinanti ana. ʒ. j. fac troc. de. ʒ. j.

Isti troc. sunt in vsu maxime ꝑm istam descriptionē Aui. in quinto canonis habet vnam aliam. sed eadem non est. Rasis in nono almāsoris in capitulo de dolore epatis ha bet vnam aliam sed non vtimur illa.

¶ Lacca vō est gūmi rubicundū quo tincture fiunt arbor eius est in arabia silis arbori mirre. dixerūt qdā sapientes q̃ lacca nō oz poni in medicinis si abluta nō fuerit. ⁊ eius modum abluendi ostendi supra in confectione dialacce. ⁊ de predicta decoctione. possunt etiam fieri isti trocisci.

Trocisci de terra sigillata ex inuentione nostra. ℞. sanguinis draconis. gummi arab. as si. ramich. foliorū rosaꝝ ⁊ seminū earum. amili. assi. spodij acatie. ipoquistidos. lapidis ematitis. balaustie. boli arme. terre sigillate. sehedenegi. corralli. i. rubei. charabe. ana. ʒ. ij. margaritarum draganti. papaueris nigri ana. ʒ. j. ʒ. portu lace. asse. cornu cerui adusti. thuris. gallarum. croci ana. ʒ. ij. fiant troc. cum aqua arnoglose.

Isti troc. sunt in vsu. Terra sigillata ꝑm Dia. ⁊ Aui. est terra rubea. ꝛ hodie quidaz vtunt vna alia que est albi co loris. sed nō est tāte virtutis. Serap. in cap. de terra sigilla ta ait. q̃ est sigillum marinum. quidam sigillū laice vocāt.

Semen rose ꝑm plurimum est illud semen. quod reperi tur in fructu cinosbatu. Joānes anglicus in capitulo de fluxu ventris in febre inquit. anthema. i. semen rosarum.

Sehedenegi secundum Auic. est semen arboris canapis etiam Serapio in cap. de canape dicit schedenegi est cana pis. si autem reperitur scriptum scedenegi sine. h. nō est idē sed est lapis ematitis. Christoforus de honestis super hoc passu dicit. q̃ sedenegi est fumusterre. sed hoc mihi nō mul tum placet. quia sed si diceret sceheteregi bene esset fumus terre. sed compositor dicit schedenegi. quod est verum se men canapis. ⁊ sic debet poni.

Trocisci halandahal qui ponuntur in tera herme tis ⁊ in alijs confectionibus loco coloquintide. ℞. pulpe coloquintide albe ⁊ leuis. ⁊ munde a granis. ʒ. x. incidantur cum incisorio incisione conuenien ti ⁊ fricentur cum. ʒ. i. olei rosati. deinde recipe draganti. gummi bdelij. ana. ʒ. vj infundantur cum aqua rosata per dies quatuor ⁊ conficiantur coloquintida incisa cum glu tino eorum. ⁊ fiant inde troc. ⁊ exsiccentur in vmbra. dein de iterum teruntur contritione bona. ⁊ iterum confice cuz glutino eorum. ⁊ fiant troc. ⁊ administrentur.

Isti troc. sunt in vsu sub nomine trocisсorum. Alandahal. ⁊ sub nomine troc. de coloquintida. ⁊ ꝑm intentionē ipsius debent poni de tera hermetis ⁊ alijs cōfectionibus loco coloquintide. ⁊ sic generaliter faciunt apothecarij.

Gummi. i. gūmi ara. quidam crediderunt sed non recte q̃ esset gummi bdelij. i. lachrimum eius quod non est.

Trocisci de sandalis. ℞. trium sandalorum ana. ʒ. viij. spodij. seminuz cucumeris. cucur bite. citruli. portulace aā. ʒ. iiij. rosarum. i. rubearum. ʒ. vij. camphore. ʒ. i. berberorum aut suci eius. ʒ. vj. boliar. ʒ. iiij. confice cum aqua portulace.

Nos troc. nos nō habemus nec sunt valde in vsu Mesue habet duas descriptiones: sed ista est illa qua magis vtimur.

Sandalus ꝑm Seraꝑ. defertur ex Sim. ⁊ est album rube um ⁊ citrinum. ⁊ idem Seraꝑ. ex auctoritate Isahac eben amram inquit: sandalum est lignum quod defertur ex Sim ⁊ species eius sunt tres. i. album rubeum ⁊ citrinum. ⁊ om nes sandali competunt vsui medicine. ⁊ sic hic per trium sandalorum de illis tribus intelligitur.

Trocisci de ciperis. ℞. zinziberis: heil. i. cardamo mi maioris. nucis muscate: cubebe. macis gariofilorum gallie. i. muscate aā. auf. i. corticum citri: ma sticis: florum squinanti. ciperi spice. cinamomi: emblicorū extremitatum mirrhi ana. auf. ij. ⁊ in alio musci charates. ij. confice cum melle passularum ⁊ fiant.

Isti trocisci sunt in vsu. Ciperus secundum modernorū sententiam est suncus triangularis in pratis ac iuxta fos sos reperitur. Galienus in septimo simpliciuz inquit. cipe ri vtiles maxime sunt radices. Circa instās in capitulo de cipero ait. est autem radix iunci triangularis que in trans maritimis partibus nascitur. eius radix cōperit vsui me dicine per annum seruatur. Maiaabbas autē in tertio pra ctice scripsit suadum pro cipero. Differentia autez magna est inter ciperum cupressum ⁊ ciprum. quia ciperus est iun cus triangularis. cupressus est arbor ex qua fiunt capsule sic odorif. ri. ⁊ gerit fructum victum nux cupressi. Ciprius etiam est arbor que apud arabes alchanna vocatur. vnde oleum de alchanna grece vero vocatur oleum ciprinum.

Charates vl cherates siue chirat est pondus sumptū a se mine xilocaracte siue silica. Isidorus dicit. silica vigesima pars solidi est ab arbore suum vocabulum tenens. Charates oboli pars media est habens siliquam vnam semi se. hinc latinitas semibolum vocat. cherates autem grece la tine silica cornu interpretatur. nos vero vocamus chirat pondus quatuor granorum ordei.

Trocisci de capparibus. Recipe corticum cappa ris. seminis agni casti. ana. ʒ. vj. nigelle calamenti. suci eupatorij. acori. amigdalarum amararum nasturtij. armoniaci. foliorum ruthe. aristologie rotunde. ana. ʒ. ij. ciperi scolopendrie ana. ʒ. j. armoniacuz vissolua-

tur in aceto. ⁊ aliarum rerum puluis conficiatur cum eo: sunt qui duplicant armoniacum ⁊ est melius.

¶ Isti troc. apud nos non sunt in vsu. maxime ꝑm istam descriptionem Auicen. in quinto canonis habet vnam aliã descriptionem. sed eadem non est sed vna descriptio que reperitur apud rasim in nono almansoris in capitulo de doloze splenis videtur quasi esse eadem.

¶ Capparis ꝯ circa instãs cortices radices folia ⁊ florez competũt vsui medicine. debet colligi cortex in vere. ⁊ in vmbra suspendi ⁊ deficcari. vel etiaz ad solẽ. per sex annos in multa efficacia seruatur. Columella in li. de cultu hortorum ait. Capparis ⁊ tristes inule feruleqz minaces.

Trocisci de charabe. ℞. charabe aur. vj. cornu cerui adusti. gũmi. ſ. arabici. corallii. adusti. draganti. acatie. ipoquistidos. balaustie. mastichis. lacce papaueris nigri. assi. añ. auf. ij. thuris croci. opij. añ. ʒ. j. ſz fac trociscos cum mucillagine psilij.

¶ Isti troc. sunt in vsu. maxime scdm istam descriptionẽ. Rasis in nono almãsoris in capitulo de mictu sanguinis ⁊ puris habet vnam aliam descriptionẽ. sed non est in vsu. apud nostros doctores.

¶ Charabe vel cacabre est gummi arboris ꝑm Auic. ⁊ Serap. dicte haur romi. ⁊ ꝑm Dias. est species populi arboris iuxta rhodanum fluuium nascentis ꝑm Simonem ianuensem electrum est. charabe ⁊ est gummi arboris dicte agiros. apud Dias. ⁊ est species populi arboris. Isido. in capitulo de pino dicit in fine. huius arboris lachryma electruz dicit. Bartholomeus montagnana in consilio de regimine ardoris vrine p medicinalia dicit. administratio est troc. de charabe ⁊ proprie illorum qui scribuntur nono almansoris allegato cap. quorum descriptio hec est. ℞. charabe gũmi arboris tremule ⁊ est populus. hic textus Bartholomei non videtur securus. nam arbor tremula non est populus. sed arbor malligranati siluestris vt dicit Mathe. siluaticus. charabe autez dicitur quasi rapiens paleas.

¶ Corallius est arbor nascens in mari ⁊ eius species secundum Auicennam sunt tres. ſ. albus rubeus ⁊ niger ⁊ modus combustionis ipsorum est. vt docet bulcasis in tractatu primo. ⁊ est iste. terantur corralli grosso modo ⁊ ponantur in olla terrea ⁊ ponantur in furno per noctem. si bene comburuntur bene est. si non autem iteram ponantur donec comburantur ⁊ reseruentur.

Trocisci de alchechingi. ℞. granoz alchechingi ʒ. iij. seminis citruli ⁊ albatheche. cucurbite añ. ʒ. iij. ſ. bolarmeni. gũmi ara. thuris. sanguinis draconis. papaueris albi. amigdalarum amararuz. succi liquiritie. draganti amili. granorum pini añ. ʒ. vj. seminis apij. charabe boli. iusquiami. opij añ ʒ. ij. ⁊ fiant trociſci. da. ʒ. j. cum iuleb. aut cum aqua mellis.

¶ Isti troc. sunt in vsu. maxie ꝯ istã descriptionem. ⁊ possunt fieri cum opio ⁊ sine opio ꝑm voluntatem medicoz. Auic. in. v. canõ. habet duas descriptiones: sed non sunt in vsu etiã Rasis in lib. diuisionum. in cura medicinarũ vrine hz vnã aliã descriptionẽ que eadẽ nõ est. nec est in vsu.

¶ Alchechengi vero est species solatri sicut apparet apud Dias. in cap. de strigno. ⁊ ipsa est scda species strigni. i. solatri. eius granum inuenitur in quadam re simili vesice rubicundũ. ⁊ est id quod a nostris rusticis fiacho vulgariter dicitur. Haliabbas autem in quarto cap. de electione granorum scripsit caquenegi pro alchechengi. Simon ianuensis dicit q troc. diafisalidos sunt trociſci de alchechengi. qd nõ nego. nec affirmo sicut oñsuz fuit in filoãtropos

Albatheca siue batheca. vt apud Auic. in scdo cañ. quid sit cõiter ignoratur. Guliel. lombardus inquit. batheca est quedã spẽs melonis. ⁊ sic est. ego existimo q sit anguria. ⁊ sine dubio sic est. sicut reperitur apud Guainerium in capi. de tertiana cõtinua. ⁊ eius cura qui inquit. batheca est melon magnus qui a venetis vocatur languria. Auenzoar in cap. de sahaphat dicit. ℞. cucumerũ saracenoz. i. angurarum. Simon ianuensis dicit batheca arabica est melõ magnus viridis qui anguria a qbusdã vocat. ⁊ sic est hz modernorum opinionem. eius semen vsui medicine competit.

Bolus vel boli quidã falso putauerunt q iste bolus nõ debet hic ingredi. ⁊ dicunt q est bolus armoniacus. quod non creditur. nam supra in ꝑdictis troc. habet. Recipe boli ar. ⁊ in tertius iterum habet boli. quod indicat. q idem non sunt. Sapientes vero exponũt q boli sit terra rubea qua vtuntur carpentarij ad signandũ ligna. Auerois in quinto col. dicit balmogra. idest bolus cum quo tinguntur muri seu parietes. Item aggregator patauinus dicit. bolum idest si nopodia vel macra lutum carpentariorum. vel lutum pictorum. ⁊ sic est. ⁊ hec terra est quam Auic. vocat macra. ⁊ apud Diascorid. multa sinopodia. ⁊ apud Serap. dicitur sinopodia. ⁊ sic si legis illa capitula videbis q eadez sunt. verum moderni loco eius ponunt terram sigillatam rubeam. quia existimant ipsam esse speciem.

Opium sucus est papaueris nigri. vt dictum fuit predicti troc. possunt fieri cũ opio ⁊ sine opio. si sine opio facere volueris non diminuatur ex illa descriptione nisi opiũ. ⁊ tunc dicuntur troc. de alchechengi sine opio. ⁊ debẽt fieri cum aqua mellis.

Trocisci alchadicon in practica Mesue in capitulo d̃ polipo. qui fit in naribus. Recipe calcis non extincte. arsenici. citrini añ. ʒ. ij. colcotar. floris eris. aluminis. ſ. aluminis iamenti añ. ʒ. j. gallarũ. chachie. balaustie. añ. ʒ. ſ. tere ea in mortario eneo. i. eraminis cum aceto forti contritione vltima vsq ad quinq dies. deinde fiant ex eis troc. ⁊ cõseruentur in vase vitreo in loco frido.

Isti troc. apud nos non sunt in vsu. Joannes Serapi. in capitulo de alcola dicit. calidicon sunt troc. facti cuz arsenico. ⁊ secundum Almansorem dicũtur achali. quod recipit. tamen Mesue in sua descriptione non habet chali. verum est q vnam descriptionem que reperitur apud Dinum florentinum ingreditur chalide quo infra declarabo quid sit si deus voluerit.

Calcis secundum Auicennam in secundo canonis per calcem significatur cinereitas corporũ lapidosorũ ⁊ ostracorum natura. illa quidem quam non tetigit aqua. ⁊ illa quam aqua tetigit cum remanet extincta duobus diebus aut tribus. tunc non adurit. immo calefacit. tamen ablata quidem est ficca ⁊c.

Arsenicum ꝑm Dia. nascitur in metallis vbi ⁊ sandaraco verum optimum est latiores laminas habens. ⁊ aureũ colorem. ⁊ venas separabiles se vt separari videãtur mundum sine sordicie. tale in helesponto nascitur. cuius genera sunt duo. vnum est equale supradicto ⁊ aliud fuscũ apd Auic. sunt tria genera. ſ. album. citrinum. ⁊ rubeum. albuz vero ꝑm modernorum opinionem est arsenicũ cristallinũ rubeum est rezagala. citrinum est auripigmentum vsuale. ⁊ omnia tria nota sunt.

Colcotar apud Auicennam in secundo canonis. in capitulo de atramento est vitriolum citrinum. ⁊ ibi ponit q species vitrioli sunt quatuor. ſ. colcotar idest citrinum. calcadis. i. album. calcantum idest viride. alsurit idest rubeũ. Joãnes arculanus in capitulo de ſ. bel dicit. colcotar vstũ idest vitriolum romanum. ⁊ hoc est notum.

Flos eris ꝑm intentionem Simonis nõ est viride eris. sed moderni generaliter loco floris eris ponũt viride eris Sera. in capitulo de ziniar inquit. ziniar. idest erugo eris siue viride es. quod idem est in capitulo vero de ere. ⁊ que ex eo fiunt docet modum faciendi florem eris. de quo infra in emplastro apostolicon erit sermo.

Chachie credo q vult dicere acatie. nam Dinus ⁊ alij loco eius habens acatie. ⁊ secundum modernorũ sententiam sucus prunellorum siluestrium. vt est notum.

Trocisci orobi in cap. de vlceribus ⁊ vulneribus gingiuaz. ℞. farine orobi ozum volueris ⁊ misce cũ ea tri mellis. vt confici possit ex eis sicut pasta dura. ⁊ fac troc. ⁊ pone super laterem ⁊ mitte in furnuz vsq dum maturantur. bonam faciunt nasci carnem.

Isti trociſci apud nos non sunt in vsu. Rasis in octauo almãsoris in capitulo de morsibus viperarum habet vnã descriptionem troc. de herbo idest orobo. sed eadem non est. de qua infra. orobus idest herbum siue herba iudaica. de ipso vide supra in electuario de orobo. Rasis in libro de experimentis in capitulo de medicinis que ornat

faciem dicit q orobus dicitur cartdena. Bulchasis docet modum faciendi amidum ex orobo.

Trociſci de gariofilis in capitulo de fetore oris. Recipe gariofilorum corticum citri. ciperi spice. nucis muscate. suchelemese. xiloaloes. ſ. ligni aloes cinãomi. macis. heli. cubebe. ana. ʒ. j. musci chirar. ſ. fac ex eis trociſcos cũ aq maloz. ⁊ teneat in ore suo sup cibũ.

¶ Isti troc. nõ sunt in vsu. Aui. in tertio capitulo de cura fetoris oris hz descriptionem pillularum de gariofilis de quibus infra. Gariofilus vel chariofilus est satis notus.

¶ Suchelemese. i. gallie muscate sicut reperit apud Sera. in ꝑprio capitulo de gallia. Liber qui dicitur bulchasis in tractatu secundo inquit. modus faciendi troc. de gallia. ſz si vis facere troc. alios de such. idest gallia. ⁊ sic arabes dicunt quod such est cõfectio ex qua fit gallia vel ipsa gallia grece vocat socum.

¶ Chirat ẽ pondus grãoz q̃tuor ordei. vt dcm̃ fuit supra

Trociſci de violis in cap. de asmate. ℞ foliorum violaz mediocrũ in exficcatõe ⁊ humectatione. ʒ. vj. turbith bõi arundinei. ʒ. iiij. succi liquiritie terentabin. i. manne. añ. ʒ. ij. scamonee. ʒ. ij. ⁊ fiant troc.

¶ Isti troc. sunt in vsu. maxime hz istaz descriptionẽ. sunt vo ex hoibus qui faciũt troc. de violis ꝑm vnaz descriptionẽ q̃ idem in cap. de turbith ponit ex auctoritate hamech. ſz isti sunt nobiliores. Rasis in li. diuisionũ ca. d̃ medicis colice hz quas descriptões. ſz nõ sunt eedẽ. nec in vsu sunt

Trociſci nti de agarico ꝑm Pe. de ebano i ca. de vomitu. ℞. agarici boni vigorati. ʒ. v. zin. ʒ. i. salisgẽme. ʒ. i. ſ. mastichis. ʒ. i. calami arõati. ʒ. i. ſ. turbith. ʒ. ij. anisi. ʒ. i. acetl. ʒ. ij. fiant ex eis troꝯ da cũ aq calida

¶ Isti troc. apud nos non sunt in vsu. maxime ꝑm istam descriptionem. illa vero descriptio que ẽ magis vsualis est vna descriptio quam describit Mesue in lib. de cõsolatione medicinarum in proprio cap. de agarico qui sic inquit ⁊ Gal. dixit. fiant troc. ex eo. ſ. agarico cũ vino infusionis zinziberis in quo puluis ipsius sepe submergatur. ⁊ fiet operatio eius completa. ⁊ ex rebus sibi additis vigorantibus ipsum est spica ⁊ aqua casei. ⁊ proprie sumpta ex capitis. Gal. non ponit in ipsis salgẽma. sed generaliter moderni addunt cum infusione zinziberis parum salisgẽme ⁊ fiunt inde trociſci. ⁊ ad minus debent fieri tribus vicibus. ⁊ si predicti troc. fiunt cũ agarico prauo. tũc illi troc. in colore efficiuntur nigri. ⁊ quando fiunt cum agarico albo leui ⁊ frangibili ⁊ dulci in primo gustu. tunc in colore sunt albi. ⁊ etiam sunt meliores. dicunt quidam differentiam esse inter trociſ. de agarico ⁊ agaricum trociſcatum. ſz medicorum modernorum opinio est vera q inter agaricũ trociſcatum ⁊ troc. de agarico nulla sit differentia. maxime si fiant ꝑm descriptionem quam dixi de mente Gal. sed as etiam si loco infusionis zinziberis addas oximel. ⁊ facias inde trociſcoſ. sicut priores. tũc vocat agaricũ trociſcatum cũ oximelle. cuius etiã est magnificata operatio. Democritus autem dicit q agaricus est medicina familie. qz ad singulas partes corporis commoditatem affert.

Trociſci de spica secundum Fran. de pedemontium in capitulo de medicinis apostematum stomaci. ℞. florum squinãti. taphie. ligni aloes. cinamomi. reubarbari. añ. ʒ. iij. croci. mirre. apij. anisi. pipis. costi ana ʒ. j. seminis calami aromatici. spice nardi. añ. ʒ. iij. bdelij. sabalbidi. ʒ. ij. mastichis. storacis liquide añ. ʒ. j. armoniaci. ʒ. ſ. fiant troc. in pondere ʒ. j.

Isti troc. non sunt in vsu. Rasis in nono almansoris in capitulo de doloze ⁊ apostemate stomaci habet vnam aliã descriptionem ⁊ fere eadem est.

Spica. ſ. spica nardi siue spica aromatica. siue spica auiũ vt dicit Aui. Macer inquit. Esse gradu primo calidã siccamq piti. Testant spicã que dicit indica nardus. Isido. nardus ẽ herba spicosa. vñ a grecis nardos tacos appellata. quarum alia indica alia siriaca vocatur. non q in siria nascatur. sed q mons in quo inuenitur alio latere indiã spectat alio siriam. Gal. in octauo simplicium inquit. nardostachis. i. nardus spicatus siue spica nardus celtica similis aliquantulũ est ꝑm genus in vtute predictis. nardus oria que in thilaricis ⁊ piricis noiaz generat gdẽ in sicilia ⁊c.

Tapsia dicit q primo in tapso insula inuenta fuit. arabes corrupte dicunt teffilie. vt apud Auic. in scdo cañ. ⁊ exponit qd ẽ gũmi ruthe agrestis. ⁊ ꝑm cõpositores est setaragi. vt dicit in capitulo de cura opisonis splenis.

Setaragi vero vt dictũ est in trifera saracenica est hiberidos. i. nasturtiũ agreste siue senatiõ. Rasis loco eius ibidem hz xilocassie. i. cassie lignee. tu vero cõsidera q opinio frã. est q tapsia sit setaragi. ⁊ opinio Bẽtilis est q sit cassia lignea. credo ipsa nõ inuenisk certitudo quid sit: sed hodie sunt qui loco eius ponunt cassiam ligneam: quidaz senation. quidã ruthã agrestẽ. vt dictũ fuit supra in confectione anacardina conferens ad egritudines neruorum.

Seminis calami puto q vult dicere calami aromatici. nam loco eius habet calami aromatici.

Trociſci de siliquis ꝑm eundẽ in ca. de tenasmone ⁊ medicinis eius. ℞. gallaruz siliquaruz. nabati. fructus tamartisci. thuris balaustie añ. ʒ. j. gummi. ſ. gummi arabici. opij. añ. ʒ. ſ. fiant troc. cum aqua pluuiali ponderis. ʒ. ij. ſ. ⁊ vsui reseruentur.

Isti troc. nõ sunt in vsu. Siliqua nabatia. i. septẽtrionali parte siue regione. ⁊ est fructus lõgus ad filitudinez fabe magne. sed magis sunt lõgiores. grossiores. intus habent semen ad modũ cassie fistule. ⁊ hic fructus deferk de ianua ad nos. ⁊ vocamus ipsuz carobas. quidã vocãt bazlamas marinas. ⁊ eius arbor est species darfisabã. Isido. ingt. fili con quã latini corrupte siliquam vocãt. ideo a grecis tale nomen accepit. eo q ligni eius fructus dulcis est. Serap. vocat ipsam xilocractã. Dia. siliquã. Gal. in. vij. simplicium inquit. ceratonia. i. arbor xilocaracte. Siliqua etiã est pondus ⁊ ponderat vigesima quarta pars solidi.

Trociſci de alumine hz eundẽ in cap. supradicto ℞. gallaz. aluminis. acatie. balaustiaz corticis granatoz. succi ipoquistidos añ. partes equales. terantur ⁊ clisterizentur cũ decoctione mediã corticis glandium balaustiarum ⁊ rosarum. ⁊ fiant inde troc.

Isti trociſci nõ sunt in vsu. Rasis in libro diuisionuz in capi. de medicinis solutionis ventris habet vnam aliam descriptionem que eadem est.

¶ Aluminis ꝑm Dia. spẽs sunt multe. sed medicine tres sunt necessarie. scilicet rotũdum scissum ⁊ liquidũ. rotundum dicit pp similitudinem zuccari. scissum. i. iamenum dictum a vulgo de pluma. liquidum. i. de rocha vel lipparinum. quando vero simpliciter reperitur alumen de scisso intelligitur. vt dicit Math. silua. in cap. de alumine. ⁊ per alumen scissuz intelligit alumen dictũ de pluma. qd apud quosdã dicit fiore de preda. ⁊ qñ extinguit ipm in oleo facit lumen sicut bombax. ⁊ non consumitur.

Trociſci de dactilis ꝑm eundẽ in capitulo de cura ethice febris. ℞. dactilorum immaturorum. ʒ. ij. spodij armeni. i. illius regionis aur. ʒ. iij. rosarum. ʒ. vj. portulace citruli ⁊ est species cucumeris cucurbite charabe añ. ʒ. iiij. fiant ex eis trociſci.

Isti troc. apud nos non sunt in vsu. dactilus ꝑm Aui. ⁊ Pe. de crescentijs sunt fructus palmarũ. Circa instãs ait. oxisenicia. i. fenicon indi vel dactili. dactilus apud medicos venetos significat vnum bollum cassie.

Trociſci diarodon ꝑm Nicolauz. ℞. croci. ℥. ij. gr. vij. cãphore. gr. xij. rosarũ viridiũ. ʒ. iiij. spodij. ʒ. ij. sandali rubei. ʒ. j. ſ. gr. vij. sandali albi. ʒ. i. gr. xij. conficiantur sic in marmorea pila recentis rose sine intermissione terãtur: deinde cetera. ⁊ subtilissimus puluis sperum super ponatur. ⁊ cum sufficienti rodostomate conficiantur ad vltimũ adhibeatur camphora: deinde troc. in formentur ⁊ ad vmbram exficcentur ⁊ vsui reseruentur.

Trociſcus ꝑm intẽtionẽ Nicolai est rotũda cõfectio vt dictũ fuit. Isti troc. reperiunk ẽt in antidotario Mesue: ſz nõ sunt idẽ: ⁊ pp id ambe descriptiones debent fieri. nam ista descriptio Nicolai nõ debet administrari nisi i receptis suis: vt est in diamargariton: ⁊ in diarodõ: descriptio Mesue nõ dz administrari nisi i receptis suis. ſz sunt quidã q faciũt vnã pro alia. ⁊ nõ faciũt differẽtiã ponere troc. diarodõ descriptiõe Nico. in receptis Me. ⁊ descri

ptione Mesue in receptis Nicolai. sed recte non faciunt?
¶ Rodostoma ꝑm compositorē est aqua rosa. quidam vi
xerunt ꝙ est mel rosatum. sed non credo qr idem in descri
ptione pillularum de cinoglosa inquit. temperentur cum
rodostomate. i. cum aqua rosata. ⁊ sic est.

Trocisci diani ꝑ3 eundē Nicolaū. ℞. flor violarum albar viridiū. ʒ.v. amili. i. amidi. ʒ.
ij. seminis papaueris albi. ʒ.ij. ⁊ ℈.j. balsami. ℈.j. reubar
bari. ℈.j. seminis plantag nis. ʒ.j. rodostomatis. i. aque ro
se quod sufficit confice ad modum precedentium.
¶ Isti trocisci ꝑm intentionem Nicolai vocūtur a violis
albis que ibi ingrediuntur. ⁊ sic debēt fieri de violis albis
⁊ debēt poni in diamargariton. ⁊ predicte viole apd Dia.
vocantur leucis. nam leucos album interpretatur.

Trocisci idiocri ꝑm eundem. ℞. amomi. ʒ.j. cina
momi. croci. folij. mirre cassie. i. cassie. li
gnee. aā. ʒ.s. spice. s. nardi. ℈.j. opobalsami. i. suci balsami.
costi. sgnāti. calami aromatici. xilobalsami. i. ligni balsami
assari. fu. i. valeriane. aā. gr. xv. maratri. i. feniculi. masticis
aā. gr. x. tamarisci. gr. vj. vini ascalōis qd sufficit. hec oia te
re cū vino albo. trocisco ikorma. ⁊ cū fumo storacis ficca.
¶ Isti trocisci sunt in vsu. sed non multum. ingrediuntur
in rubea trociscata ⁊ in sotira. Silibertus de anglia in ca
pitulo de cura arthetice ꝑm magistros habet vnam aliam
descriptionem que eadem est. ⁊ dicuntur idiocri a compo
sitore qui idiocritus dicebatur. Suliel. placentinus habet
vnam aliam descriptionem que eadem est.
¶ Vinum ascalonis secundum compositorem est vinum
optimum tendens parum ad rubedinem. Silibertus eodē
loco habet halcaloni. Suli. autem ait. conficiantur cū vi
no in quo dissoluta est storax ficca. i. calamita.

Trocisci croci magnetis ꝑ3 eundē. ℞. croci. ʒ.iij.
rosarum ameos. mirre aā. ʒ.j. ℈.s. xiloalo
es. i. ligni aloes. ℈.ij. informentur cum aqua rosa.
¶ Isti trocisci sunt in vsu. qr ingrediuntur in rubrica tro
ciscata ⁊ dicūtur a croco qui ibi ingreditur. Isido. inquit.
crocū magna expressus aromatibus crocini vnguenti atq
informato sedimine in pānusculos fit. ⁊ iō sic appellatur.
Auic. in scdo cañ. ingt crocoma est fex olei de croco. repit
etiā vna descriptio troc. croci magna. ꝑ3 nō est eadē. ⁊ am
be debēt fieri. sed vna ingredit in rubea trociscata. alia in
greditur in confectione diarundinis. vt ostensum fuit.

Trocisci diacozalli ꝑm eundē. ℞. cozalli rubei ci
namomi. mirre. amomi papaueris aā. ʒ.
iij. squināti. croci. aā. ʒ.ij. calami aro. xilobalsami. i. ligni
balsami cassie. folij. masticis. fu. i. valeriane. polij. i. polij
montani. assari. i. assarabacare. pedis columbini aā. ʒ.j. de
illis omnibus facto puluere cum vino tēpera. ⁊ troc. pen
santes solidos singulos in forma ⁊ in vmbra ficca.
¶ Isti trocisci sunt vsuales apud illos qui facere volūt ty
riacā que fit de mēte Gal. Andromacus loco troc. diaco
ralli ꝑ3 troc. aliandaracaron. ipe Gal. in tractatu septimo
memiri. in cap. de expuitiōe sanguinis ꝑ3 vnā aliā descri
ptionē. ꝑ3 nō est eadē. nec in tyriaca illa descriptio ꝑ3 poni
¶ Amomū semen est minutū nigrū qd ab oriente deferf.
Serap. in cap. de amomo dicit. ameuie. i. pes colūbi. ⁊ est
amomum. miror verbis Serap. nam in istis troc. ingredi
tur amomum ⁊ pes columbinus. ergo non sunt idem. Ve
rum est ꝙ pedis columbini sunt species quatuor. de quar
vna illarum potest dici ꝙ fit amomum.
¶ Pes vero columbinus ꝑm Serap. est amomū. ꝑ3 vero
opinionē est herba habēs folia rotunda. pua diuisa in ma
gnis ⁊ paruis incisuris. stipites ipsius sunt subtilis colo
ris subrubei hītes nodos raros. in quib⁹ sunt duplicia fo
lia. ⁊ semina tria vel quatuor vel qnq cōiuncta in medio
eor sicut acus. Hec apd nos nascit in vijs ac pratis. Aue
rois in quinto colf. dicit. elnegat. i. pes colūbinus est qua
tuor spērum ⁊ parum diuersificantur vna ab alia.
Solidus ē pōdus ꝑ3 ꝑpositorē dragme vnius cū dimi
dia. ēt exagiū ē idē. vñ exagiū a solido differt in noie solo.

Trocisci de tiro ꝑm eundē inuenias tiros longi
tudine vnius palmi. oculos rubeos ha
bentes. ⁊ linguā mobilē. ⁊ cornua in modū grani frumen
ti. caput ⁊ caudā tribus digitis mensuratis. abscinde me
diū qd remanet excoria. ⁊ intestinis proiectis optime dul
ci aqua laua. ⁊ sic coque donec spine a carnibus separent.
⁊ spinis proiectis caro in marmoreo mortario teras ⁊ cō
misceat tantundē de farina orobi vel panis assi. ⁊ cum iu
re ipsor tempera. ⁊ fac trociscos pensantes solidos singu
los. ⁊ diligenter siccentur in vmbra. ⁊ vsui reseruentur.
Nos trociscos apud nos habemus in vsu.
Tirus autem est animal. cuius forma est. vt dicit Nico
laus. eius species sunt tres. s. tibirus vipa ⁊ idria. Andro
macus inuentor istius animalis scripsit etiaz de forma ip
sius ⁊ ait. quod tyriaca nō dicitur nisi a tiro serpēte Aui.
in quinto cañ. ponit trocis. de viperis. ⁊ ibi describit for
mam vipere ⁊ idem est. de quo infra. Isidorus in capi. de
serpentibus dicit. vipera dicta quod vi parlat. nam cum
venter eius ad partum intumuerit catuli non expectantes
maturaz nature solutionē corrosis eius lateribus vi erum
punt cum matris interitu. Lucanus. Viperei coeunt abru
pto corpore nati. Fertur autem quod masculus ore inser
to vipere semen expuat. Ex vipera autem fiunt pastili qui
tiriaci vocantur a grecis. Nicolaus dicit. admisceatur cuz
tiro panis assus. Andro. Aui. habent tortellas. i. tortellas
de seni. de cuius modo infra apparebit.

Trocisci de herbo ꝑm Rasim in octauo almāso
ris. in capitulo de morsibus viperaruz.
℞. seminis andachoche. aristologie rotunde. pigami. fari
ne herbi. omnium aā. partes equales. ex istis tritis. ⁊ cum
aceto commixtis fiant trocisci. de quibus pondus vnius
aurei cum vncia vini veteris in potu tribuatur.
Isti trocisci non sunt in vsu. Supra posita fuit vna de
scriptio trociscorum de orobo idest herbi. sed eadem non
est herbum apud Auicennam est herba iudaica. sed apud
Diascoridem herbum est orobum.
Andachoche vel andachocha. vt apud Auic. ⁊ Serap.
est trifoliū: cuius alia est siluestris ⁊ alia domestica. ⁊ alia
est egyptiaca. ⁊ fit ex semine eius panis.
Aristologia rotunda dicitur ꝙ radicem rotundam ha
beat. Isidorus inquit. aristologia dicitur ꝙ mulieribus fe
tis optima fit. nam supersessa post partum matricem bene
ficio vaporis expurgat. ⁊ sunt due species. vna est rotun
da dicta propter ꝙ rotundam radicem habeat. altera lon
ga quia longam radicem habeat. Dia. habet tertiam speci
em que dicitur dermaticis.
Pigamum ꝑm Gal. in octauo simplicīū est rutha silue
stris. Macer in ca. de rutha quasi in fine ait. Pigamuz in
greca nostra quia rutha vocatur. sine dubio pigamū est ru
tha. nam greci pigamum ruthā dicunt. Itē circa instās in
capi. de rutha ait. ruthe duplex est maneries. s. domestica
⁊ siluestris que pigamum dicitur. ⁊ cum inuenitur. Recip
pe pigami folia. siluestris ponuntur cuz semine. pigami se
mina collecta per quinq annos seruātur.

Trocisci muscati ꝑm eundem in cap. de tremore
cordis. ℞. masticis spice. s. nardi. xiloa
loes. i. ligni aloes. cinamomi gariofilor gallie muscate nu
cis muscate cubebe cardamomi maioris. ⁊ ibelothe. corticis
citri. omnium aā. pondus vnius aurei. musci sextā. ʒ.j. ex
istis omnibus cū vino redolente conspersis fiant trocisci.
Nos trociscos nō habemus in vsu. supra habita est cōfectio gallie muscate Mesue. ⁊ confectio gallie muscate Nicolai. ⁊ ꝑm illas descriptiones facimus.
Ibelothe vel ibeleuche est cacula vel cardamomum mi
nus ⁊ est illa qua nos pro cardāomo magkaliter vtimur.

Trocisci de olibano ꝑm eundē in nono Almāso
ris in ca. de passiōe colerica. ℞. bolli co
rasceni. i. cretēsis insule. thuris ambor. aā. ʒ.x. cubebe. car
damomi ana. ʒ.ij. ℈.s. cāphore. gallie. gariofilorum omnium
aā. sextam. ʒ.j. fiant trocisci pondere aurei vnius.
Nos trociscos nō habemus in vsu. Rasis vero inquit.
trociscorum de olibano. ꝑ3 nō habet olibanū: verum loco
eius ꝑ3 thus. qd idem est. tñ quidā admirantur dicentes si
trocisci de olibano ⁊ trocisci de thure sunt idē. quare idē
ponit ēt troci. de thure. vnde ad hoc dico ꝙ si doctor ordi
nat trocisros de olibano nō dñt intelligt troci. de thure. si

mili modo est differētia inter pillulas de raued ⁊ pillulas
de reubarbaro. sed moderni non habent cognitionē verā.

Trocisci de agno casto secundum eundem Ra
sim in nono almansoris in capitulo de
doloze splenis. ℞. seminis agni casti. seminis tamarisci. i.
carmezith aā. ʒ.x. seminis endiuie. seminis portulace aā.
ʒ.v. ex his fiant trocisci. de quibus quotidie detur vnus
cum sirupo acetoso de zuccaro. cuius pondus sit. ʒ.iij.
¶ Isti trocisci sunt in vsu multū apd nos. Frāc. de pede
montium in cap. de cura opilationis splenis habet vnam
aliam descriptionem que est eadem.
Agnus castus secundum Serap. ex auctoritate Diasc.
sunt ei due species. ⁊ dicitur chistos. eo quod religiosi ster
nunt hanc plantam sub lectis ad refrenandam libidinem.
⁊ nominatur login propter duriciem virgarum eius. ⁊ est
planta in magnitudine arborum. nascitur prope aquas. ⁊
in locis equestrib⁹. Gal. ait. id quod administratur ex hac
arbore in medicina sunt folia. ⁊ semen est factum ad mo
duz piperis. ⁊ propter id vocatur piperella. Auerois in. v.
col. inquit pentaluer dicitur a persis arbor abraham. ⁊ in
latino dicitur agnus castus.

Trocisci de balaustijs scdm Rasim i nono almā
sorie in cap. de fluxu ventris. ℞. gallar
siliquarum. nabati. seminis tamarisci. olibani. i. thuris. ba
laustie. omnium ana partes equales. opij. gummi ara. am
borum ana partem mediā. informētur troc. pondere. ʒ.ij.
¶ Nos trociscos nō habemus in vsu. Aui. in. v. cañ habet
vnā aliā descriptionē ꝑ3 nō est eadē ꝑ3. Idem describit Ale
xander in cap. de troc. ad disenteriam ⁊ disenteria.
Balaustia vero apud Auic. in secundo cañ. est flos ma
ligranati siluestris perfici aut egyptij. aliud de ipsis cap. fa
cit in littera basceh. Dia. in capitulo de malogranato di
cit agrestum autem malorum flores greci balaustion voca
uerunt. sed Gal. in septimo simplicium dicit contra. in ca
pi. de sulinar. qui sic inquit. sulinar est flos maligranati sil
uestris. sicut balaustia est flos maligranati domestici. nam
sulinar apud arabes ē balaustia. Paliabbas autē gñari scri
bit. sine dubio balaustia qua apothecarij vtuntur. est flos
maligranati domestici seu vsualis.
Siliqua nabatia. i. tilius regionis. ⁊ est faba marina vel
baziane maritime. vel carobie. vel charub. vel xilocaracta
que idem sunt. Supra de ipsis dictum fuit diffuse.

Trocisci de thure ꝑm eundē Rasim in nono Al
mansoris in cap. de singultu. ℞. thuris.
ʒ.s. enule. ʒ.iij. mentastri foliorum ruthe ficce. amili. i. ami
di. ana. ʒ.ij. seminis nemen. ʒ.iij. s. informentur ex his tro
cisci pondere vnius aurei.
Nos troc. non habemus in vsu. Dia. in ca. de thure in
quit. thus est lachrimum arboris. qd grece libanus dicit.
qd autem de arabia deferf candidum est. qd vero de india
subruffum. sed vtrunq masculū dicit. est ⁊ tertium genus
minutum valde ⁊ ruffum. de quo mānis maxime fit. ergo
optimum thus qd masculū dicit subalbidū est ⁊ rotundū
Isidorus. thus masculū appellatur. eo ꝙ fit natura rotun
dum in modum testiculorum. generaliter habetur opinio
ꝙ olibanum ⁊ thus idem sunt. ⁊ sic est verum.

Nemen ꝑm Serap. in cap. de serpillo dicit. ꝙ nemen est
serpillum. seu Auicen. vel translator ipsius errauit in hoc
in scdo cañ. vbi cap. facit de nemen. ⁊ exponit ꝙ est sinsi
brium. quod falsum est. Nam Joannes arculanus in cap.
de cura cephalee tam calide ꝗ frigide ꝙ nemen est serpil
lum ⁊ non est sinsibrum.

Trocisci de mirra ꝑm eundē in nono Almāso. in
cap. de pnocatione menstruor. ℞. mir
re. ʒ.iij. supinor optie tritor. ʒ.v. solior ruthe mentastri.
pulegij. ciminij rubee. de qua tingit. asse serapini. opopona
cis aā. ʒ.ij. informentur troc. pōderātes. ʒ.iij. ex qbus detur
vnus in die cuz aqua. in qua semen iuniperi coctū fuerit.
¶ Nos trociscos habemus multū in vsu. Suliel. placētī
nus in suo tractatu de cōfectionibus habet vnā aliam de
scriptionem que eadem est. Bartholomeus montagnana
in suo antidotario habet vnam descriptionē troc. optimo
rū ad prouocādū menstrua. ⁊ est eadem. Nicolaus florētī
nus in sermone sexto in cap. de retentione menstruorum
preter naturam inquit. dixit Almansor. trocis. ō mirra. ⁊
ibi describit infra etiam Almansor in libro. diuisionum in
capitulo medicinarum menstruorum ⁊ emoroidarum ha
bet vnam aliam descriptionem. sed prima est nobilior.
¶ Mirra latinum est. grecus smirna dicit secundū Auic.
mirra est gumma currens super arborez in iamēni que di
mittitur donec congeletur. deinde colligitur sicut galba
num. ⁊ eius quidem alia est pura ⁊ alia adulter. Melior
est illa que ad albedinem declinat ⁊ rubedinem. non com
mixta ligno. ⁊ cuius arbor est boni odoris.
Lupinus secundum Serapionem ex lupinis sunt quī
dam qui dicuntur regales. ⁊ quidam sunt domestici. ⁊ do
mestici comeduntur post eorum elixationem. ⁊ infunduntur
in aqua pluribus diebus.
Rubea scilicet rubea tinctorum. ita habent alij docto
res. radix eius herbe est id quod est iuuatiuum in medicī
na. Pli. ait erithrodanis quam aliqui erenthodanum vo
cant nos rubeam qua tinguntur lane pelleq perficiūtur
in medicina vinam ciet.
¶ Asse. s. asse fetide. nam Bartholomeus loco eius habet
asse fetide quod idem est. in hac descriptione codices Ni
coli florem. deprauati esse cernuntur. nam vbi deb nt dice
re asse. s. fetide scribitur hasce. quod est rhimue. ꝑ3 hic ma
nifeste comprehendi potest esse scriptoris male intelligen
tis. debemus autem ponere assam fetidam. ⁊ non thimuz.
Rasis non ponit cum quo liquore debeant fieri. Bartho
lomeus dicit quod debent fieri cum decoctione sauine se
cundum artem. ⁊ sic apud nos generaliter fit ex illa deco
ctione. etiam sunt qui faciunt ipsos cum aqua decoctio
nis rubee tinctor vel iuniperi. sed prima est nobilior.

Trocisci de alcarmescit ꝑm eundem in libro diui
sionum in cap. medicinarū splenis. Re
cipe seminis alfagradi. seminis tamarisci. seminis endiuie
aā. ʒ.iij. scolopendrie quartam vnius. s. dragme. fiant tro
cisci. aur. ij. sumatur cum sirupo acetoso.
Nos troc. non habemus in vsu. Rasis nominat trocis.
alcarmescit sed ibi alcarmescit non ingreditur. ꝑ3 loco eius
habet semen tamarisci quod idem est Auicen. in secundo
canonis inquit. charmezith est fructus tamarisci. etiā Se
rap. in capitulo de tamarisco idem dicit. vnde trocisci de
carmescit idest de tamarisco.
Alfagradi vel alfagdi est semē agni casti sicut reperitur
apud Balie. in sexto de simplici medicina in proprio cap.
de agno casto. ⁊ credo esse bene expositum. nam agnus ca
stus in ista materia multum valet.

Trocisci Aliandaracaron ꝑm Auic. in. v. cañ. ℞.
corticū radicis darisahan. ʒ.vj. superio
ris squināti. ʒ.xij. calami aromatici costi. xilobalsami. i. li
gni balsami. assari. myrre. amomi polij. i. poli mōtani om
nīū aā. ʒ.xiiij. masticis emeruchit. ⁊ est alacoē alba. fu. i.
valeriane aā. ʒ.vj. aristologie rotunde. ʒ.xx. reubarbari xi
locassie. i. cassie lignee. ⁊ cinamomi. ana. ʒ.x. spice inde fo
lij. idest malabatri. aā. ʒ.xvj. croci. ʒ.xij. teratur totuz ⁊ cri
belletur per se. ⁊ conficiātur cum vino odorifero antiquo
declinante ad dulcedinem: ⁊ fiant trocisci ⁊ exficcētur in
vmbra ⁊ conseruentur sicut fit in trociscis de viperis.
¶ Nos trociscos habemus in vsu: maxime quando face
re volumus tyriacam que est de mente andromaci. Auic.
ibi habet duas alias descriptiones sed hec est prima ⁊ est
nobilior alijs. nam Joan. Serap. Rasis Suliel. plancentinus isti omnes habent primam descriptionez sed lumen
apothecariorum vel verius tenebra scripsit tertiam descri
ptionem istius trocisci qui in vsu non est.
Galienus aūt loco troc. aliandaracaron. i. andromaci ꝑ3
troc. diacozali supra in tyriaca Auic. posui auctores q scri
bunt istā tyriacā. ⁊ in quo cap. describit. Darisahan est
cortex radicis arboris maligranati siluestris. ꝑ3 nec Auic.
nec Gētilis cognouerūt certitudinalr quid eēt darisahā.
ipse aūt Auic. in scdo cañ. ponit loco darisahan fructus
aliēbuc. i. xilocaracte. ꝑ3 per illa verba nō cognouit qd eēt.
⁊ gentilis credidit quod darisahā intelligeret darseni. i.
cinamomū. quod nō est. nam Sul. placentinus in predi-

etis trociscis inquit. ⁊ intellige per darfisahā habentē ar-
borem spinas magnas. que appellatur spinū album. Pre
terea Seraḡ. in cap. de darfisahan dicit ibi quod est arbor
granati siluestris ⁊ habet spinas in fine cap. dicit ingredit
in trociscis tyriace. ⁊ nominant eum in barbaria albal. lu
men maleluceno inquit quod darfisahan est arbor cognu-
ta vel nespilli quod est falsum. hec arbor apud modernos
dicitur crispinus siue amiberberis. i. spina acuta.

¶ Emerulit sedm intentionem Auicen. est alacoen alba.
Andromacus hz amaracū. Rasis hz cotillam albam. Jo.
Serap. habet coen rubeam. Gulielmus. placentinus hz flores
cotille albe. ⁊ dicit ꝙ appellat anatellū fetidū. Gul. habet
amarcū. Auicen. in secūda descriptione habet alacoen. in
tertia hz amaracon. ⁊ dicit ꝙ est alacoen alba. hic possu-
mus videre si andromacus compositor ⁊ Auic. volunt ꝙ
ipsa sit alacoen. siue vchuen. vt apud ipsum Auicen. in se-
cundo can. quid autē sit cōmuniter ignoratur. maleluceō
habet amaricū. ⁊ dicit ꝙ est maiorana. sed est falsum. Gen
tilis in tractatu de febribus dicit. amaracum esse maiora-
nam. Que dicit vchuen sed nō est maiora que dicit sansucus.
Matheus siluaticus dicit. alacoen. i. pes corninus. qd est
falsum. nā pes corninus est solutiuus. ⁊ alacoen nō. nec est
camomilla vt quidā putauerunt. sed veritas est ꝙ alacoen
siue vchuen. siue partemon. vt apud Dia. siue matricaria
idem sunt. ⁊ qui mihi nō credit videat bene cap. de matri
caria apud Sera. ⁊ videbit quod idem sunt. preterea vide
ꝙ Nicolus florentinus in lib. vij. in cap. de apostemati-
bus emunctoriorum siue de bubonibus dicit. alacoen. i. ma
tricaria. ⁊ sic est. ⁊ hec est illa que a lombardis crispula vo
catur. ⁊ sic ista in predictis troc. debet poni.

Trocisci squille ibidem oz vt eligant de squillis
magna ⁊ nō linias ipsam cū luto. qm illud facit eam rancidā.
⁊ corrumpit ipsam. immo linias eā cū fermento. ⁊ assa eā
in olla. donec coquatur. aut in furno tā calefacto. ⁊ extra-
cto cinere eius. aut in patella de terra. super quam coquet
panis eius cum ergo extrahetur inde. tunc sumat interius
eius leue. ⁊ teraf optime. ⁊ misceat cuz eo farina orobi re-
cens sm virtutē squille. ⁊ exitus eius. Andromacus vero
miscebat cū parte vna squille duas partes farine orobi. ⁊
alij equalē mensurā. cū ergo permixta est sglla cum farina
orobi. tūc fac ex ea tro. subtiles. ⁊ vnge manus tuas. ⁊ fa-
cias ex ea troc. cū oleo rosato. ⁊ exficca eos. ⁊ cōserua eos
sicut dicā inferius in descriptione troc. de viperis.

¶ Isti trociscī sunt in vsu apud illos qui faciunt tyriacā.

¶ Squilla autem secundum Auicennam est cepe muris
eo ꝙ interficit mures Rasis nominat predictos troc. tro.
squillitticos. ⁊ vult ꝙ sumatur squilla tempore messium. ⁊
oportet ꝙ squilla non sit minima neq; paruissima. Rasis
ac Gulielmus volunt ꝙ squille sit pars vna. ⁊ farine me-
dis. etiam Auicenna dicit ꝙ medici sui temporis accipiūt
squille partes duas. ⁊ farine herbi partem vnam. sed An-
dromacus dicit contrarium. hoc est ꝙ squille addere debe
mus duplum farine orobi. ⁊ sic fiat.

Trocisci de viperis eiusdē. accipiant vipere cuz
est finis veris. ⁊ incipit estas. ⁊ si fuerit
ver hyemale. dimittant vsq; quo cōsequat estas. ⁊ vipere
quidē sunt serpētes capita hītes plana que sunt lata pro-
prie apud propingratē colli minuti subtilis valde quorū
caude sunt curte strepitū facientes. ⁊ sonitum in incessu. ⁊
istis quidem trocis. ie nō euenient oēs vipere. imo flaue.
⁊ de flauis femine ⁊ earū signū est ꝙ masculi in omni lat
tere hīt vnū dentē. ⁊ femine plures vno. ⁊ oz vt alienent
comute ⁊ varie ⁊ aspides decliues ad albedinē. ⁊ nō capia
tur ex piscibus ⁊ littoribus fluuiorū ⁊ aquarū. ⁊ neq; petro-
se. qm in eis sunt quercine facientes stirim. immo capiāt in
loco lōginquo ab humoritate. ⁊ nō capiant ille que sunt
debilis motus immo eligant ille que sunt velocis motus
hītes caput eleuatū. ⁊ oz vt nō mozent capiuntur si possi-
bile est. ⁊ abijciat a parte capitis eius quatuor digiti ⁊ si-
militer a pte caude ipsius. ⁊ ani eius. ꝙ si currerit ⁊ ex san
guinis plurimus. ⁊ fuerit motus eius in illa dispositione
plurimus. ⁊ moto ipsē tarda tūc erit electa. ⁊ si fuerit par
ui motus. ⁊ pauci sanguinis velocis mortis. tunc erit ma
la. ⁊ de signis eius iterum est. vt sit motus eius velox ⁊ as-
pectus eius aspectus audacie ⁊ presumptiōis. ⁊ sit egressio
fecis eius ex postremo caude eius. cūq; mortua est. extra-
hantur viscera eius. ⁊ proprie fel ipsius. ⁊ abluat cū aqua
⁊ sale abluctione exquisitissime facta. deinde decoquantur
in aqua ⁊ sale. ⁊ si cū ea fuerit anetū nō erit malū in eo de
coctiōe decoquente cū q̄ leuis fiat collectio carnis eius ab
osse ipsē. mūdificet q̄ caro ipsius ab osse. ⁊ pijciat in mor-
tario. ⁊ teraf bene. ⁊ precipiat illi qui facit illud vt odo-
ret oleū balsami ⁊ similr inungat ipz sup vigitos. cū ergo
cōtrita est misceat cū tortellis sm descriptiones diuersas.
⁊ nō eligat supra descriptionē Andromaci. deinde fiāt ex
ea troc. minuti subtiles. ⁊ exficcenf in vmbra. ⁊ reponant
in repositorio. ⁊ oz vt nō cadat super eos radius solis om
nino. neq; aī exficcationē. neq; post ipsa z. sol nāq; destru
it. ⁊ expoliat eos a virtute appropriata carnibus viperarū
interficiente venena que sunt ex morsione ⁊ ebibita.

¶ Isti trociscī sunt de vipera. i. de tyro. ⁊ sic ꝓpter istā de
scriptionē istius troc. tyriaca deriuat ab eis. qdā credide-
runt quod trociscī de viperis nō essent troc. de tyro. z er-
rant. nā Andromacus vult qd vipa sit hui. ⁊ vult ꝙ tro.
de viperis sit troc. de tyro. eiusdē opinionis ē Maliabbas
qui dicit ꝙ tyriaca. oz esse in etate adolescens sexu femina
nō masculus. vide ēt supra vbi posita fuit descriptio troc.
de tyro. ꝙ sunt idē. Andromacus ⁊ Rasis melius oīdūt
de forma vipe. q̄z Auic. Rasis in tractatu tyriace inquit.
sumant vipere femine que in hoc discernuntur. ꝙ plures
duobus hīt dentes. masculi vero sexus duos tm hīt den
tes. ex quibus eligant ille tm que ruffo vicinantur colori
⁊ sunt cito mobiles caput frequēter agitantes. ⁊ que sunt
bone habitudinis. ⁊ pingues. oculos hītes rubeos. ⁊ ca-
pita lata. quarum anus iuxta caudam inuenitur. in tpe ve
ris colligant in eius. s. medio. ille tm que in litoribus ma-
ris morant. aut in lacubus. vel in locis que aque salse vi-
cina existūt. nequaq; accipiāt similiter ait Andromacus.
Nicolus florētinus in libro quarto. in cap. de spēbus ser
pentū ingt. ex eis est serpēs puus dictus tyrus vel tyria-
ca. cuius est quedā spēs. que ēt tacru occidit. vñ Gal. de ty
riaca ad cesarē ait. dicrū regina egyptiq; interfecit seipsaz
per impositionē manus sup tyriā. que ipsa hora appositionis
mortua est. ⁊ hoc volūtarie fecit. qz rex qui inuaserat
regnū mittebat eā capere. ⁊ dixit Ga. ego vidi hāc tyriam in
alexādria. ⁊ interficere feci eā sine mora. ⁊ postea itē ait
de vipis ēt maris reperiunt alique apd nos. ⁊ ex istis sunt
quedā curte ⁊ grosse dicte nro idiomate scorzoni vel scur
tij. Scias qd predicti tyri spēs sunt tres. quar vna vulga
ri noie dicit vipa. alia dicit tyrus. alia hydria. in nris partibus
bone raro reperiunt. immo hodie reperit serpens dictus
scurtinus qui pro tyro habet. z credo ꝙ hodie sint ex ho-
minibus qui faciūt tyriacā tyro. verū tpe quo pdicti tyri
nō reperiebant collegiū medicorū venetorū ordinauit vnā
descriptionez trociscorū qui possunt poni in tyriaca loco
tro. de tyro. z melius est si possibile esset ponere de tyro. z
adminus malū est ponere illos trociscos. quorū modus
iste est. ℞. tortellarū de seni. i. panis assi. ℥. iiij. ʒ. farine oro
bi. ℥. xij. ʒ. tormentille diptami. aā. ℥. iiij. fiant trociscī ex
eis cum vino in quo infusum sit gummi ara. siccētur ⁊ re-
seruentur. Auicen. dicit. misceatur cū tortellis sm descri
ptiones diuersas. Nicolaus loco eius habet panē assum.
Gulielmus placentinus habet ibi tortellas. ⁊ dicit per tor
tellas intelligas panē de f. umēto coctū. vt possit cōteri. ⁊
in quo nō sit multū fermēti. immo vicinef pani azimo. ita
quod nō habeat aliqd acetositatis in se. immo fit perfecte
exficcatiōis teraf ille panis vt alchool. i. subtiliter ⁊ reser-
uef. moderni nō faciūt ipz. z illū modū. verū est ꝙ opz ꝙ
ipse fit panis azimus. z fit cū decoctiōe mastices ac passula
rū. sicut oīdā infra in emplo diafinicōis si deus voluerit.

Trocisci cochio administrati in metricato sicdē
℞. passularū rubearū enucleatarū. ʒ. iiij.
gluctinis albotin. i. terbentine. ʒ. xxiij. squinānt. mirre aā.
ʒ. xij. cinamomi. bdelij sudalbidi. blacte bizantie. spice ro-
mane. i. celtice. cassie mellilotri. cipi. baccarū lauri. aā. ʒ. iij.

calami arō ℥ ct. ʒ. ℥. croci. ʒ. i. bituminis iudaici. ʒ. ij. ℥.

¶ Hec descriptio est sabor filij sehel in qua est additū bi-
tumē iudaicū: ⁊ in descriptiōe alia est addit darfisahā pō-
dus. ʒ. ij. ℥. ⁊ in descriptione alia sunt addite assari. ʒ. ij. ℥.

¶ Isti trociscī de cochion sunt in vsu apud illos qui face
re volunt metridatum secundum descriptionem commu-
nem. Rasis ⁊ gulielmus loco eius habent tyriacam diffu
sio: ⁊ idem est. Aui. vero inquit ꝙ hec descriptio est sabor
filij sehel in qua est additum bitumē iudaicum: ⁊ in descri
ptione alia darfisahan: ⁊ in descriptione alia assarum. ista
vero duo simplicia. Rasis ⁊ Gulielmus non habent. Aui
cen. non ponit modum ipsos conficiēdi: sed Rasis ⁊ Gu
lielmus dicunt conficiantur sic. ea que mollificari possūt
in vino veteri posita resoluantur donec liquida fiant. alia
aut omnia trita ⁊ cribellata cum eis iungantur: ⁊ cū mel
le dispumato cōfecta ⁊ mixta reponantur. Gulielm dicit.
medicine eius confectionis preter mel ⁊ vinuz sunt. xiij.
hoc. n. electuarium. s. metridatum sic confectum ponif in
oi re loco auree alexādrine ⁊ adriani: q̄ ābe i antido. Ni-
colai ponunt. ¶ Bitumē iudaicū. i. aspaltū. nā alij hīt lo
co eī aspaltū: ꝙ idē est. Dia. aūt ingt aspaltū. i bitumē iu
daicum. aliud aridum: aliud liquidum.

Trocisci de mezereon ibidē. ℞. antis: scis apū: ca
lamēti bortulani: mēte: petroselini: ame
os aā. ʒ. vi. opū: castorei: piperis albi: ⁊ macropipis: finij
brij: mirre: abfinthij aā. ʒ. iiij. corticū cassie. ʒ. ij. ℥ficiāt cū
melle. ⁊ fiant trociscī.

¶ Isti trociscī nō sūt in vsu. ipse Aui. hz vnā aliā descri
ptionē. sed hec ē nobilior. z dubitat cur isti trociscī dicāt
de mezereō cū illoz descriptionē mezereō nō ingrediat ad h
pōt dici vēgdā ꝙ ē nomē equiuocū. forsā. n. significat no
mē cōpositis. Rasis āt in. ℥. Almāsoris i ca. de hydropisi
habet vnā aliā descriptionē. ⁊ ipse habet mezereon.

Trocisci de rubea ibidē. ℞. rubee. ʒ. xij. corticū ra
dicū capparis. aristologie lōge. radicū li
quiritie aā. ʒ. i. conficiantur cū siropo acetoso. ⁊ iformentur
troc. ponderis. ʒ. i.

¶ Hos troc. nō habemus i vsu. ¶ Rubea. s. rubea tictoz
qdā vocāt venā tictoz. ⁊ dicit rubea. qz radix eī ē rubea. vñ
⁊ i colorādo lanas adhibet. Gal. i sexto simpliciū dicit fal
ma. i. rubea hec medicina est rubea qua vtuntur tinctores
in septimo dicit. cocus vaficus. i. rubea tinctorū. hec medi
cina apud lōbardos dicit rosani vel rosa.

Trocisci de cuscute ibidez. ℞. seminis citrulli. se
minis portulace. semis alfechesabrā aā.
gipsi eius similitudine ē vt alumē scariola. ⁊ hec terra aā.
ʒ. iij. suchas. i. achantis. arabice bedoard. i. spine albe. fu
mi multis a vulgo in lombardia talcho vocatur. ⁊ sic tro
cisci ō terre ana. ʒ. iiij. dragāti amisli gūmi ana. ʒ. i. ℥. spodij
turbith. seminis cuscute ana. ʒ. iiij. terenabin. ʒ. xxx. succa
ri Albusar. ʒ. xxx. croci. ʒ. iij. conficiantur cum aqua ⁊ mel
le ⁊ fiant troc. ⁊ administrentur.

¶ Hos trociscos non habemus in vsu.

¶ Cuscute vero est herba q̄ inuoluit circa alias herbas. si
cut circa linū. ⁊ ppter id a multis podagra lini dicit. Sera. i
cap. de cuscute. dicit ꝙ in latino vocat tima. apud nos dicit
a vulgo grengo eius forma est sicut epithimi.

¶ Alfechesabrā vel scechesabrā. idē Auic. in secō can. hz
ca. in littera. o. qd dicit. o. almaram. sed nō declarat quid
sit. Gentilis super isto verbo dicit. ꝙ ē herba similis partā-
rie. neq; per id credo ꝙ Gentilis cognouerit quid sit. z
verū scesabram est ozimū carmenum. sicut reperitur apud
Sera. in proprio ca. de ozimo carmeno. de quo supra ē di
ctum in electuario quod dicitur letificans.

¶ Succarū albusar apud eundē in secō can. habet qd est
mānā cadēs super albusar. ⁊ ē sicut frusta salis. ⁊ in ipso q
dē est cū abstersione ⁊ resolutiōe pōticitas ⁊ amaritudo. ⁊
de ipso aliq̄d ē samenū albū. ⁊ aliud ē agizium ad nigredi
nē declinās. aliud ca. facit de hausurū. ⁊ dicit qd ē arbor
arabica armena. ⁊ est vnū de lacticinijs ⁊ quidaz dixerūt
quod deburum est quedā spēs interficiēs sedentem in vm
bra eius. ⁊ hec arbor videtur habere similitudinē cuiusdā
plante que apud Dia. vocat taxus sub cuius vmbra si qo
dormiuerit aut sederit statim supuenit periculū vite sic dicit
Aui. Sera. i ca. d zuccaro describit formā zuccari albusar.

Trocisci stelle ibidē. ℞. mirre castorei. spice. s. nar
di cassie. i. cassie lignee terre sigillate cor
ticū mādragore aā. ʒ. iiij. opij. croci costi. stelle. terre aā. ʒ.
. v. papaueris albi. ʒ. vi. dauci anisi filileos. i. filetis mōtani
semis iusquiami albi. storacis liquide. seis apij aā. ʒ. viij.
infūde gūmas i vino odorifero. ⁊ tere medicinas. ⁊ pfice
cū eo. ⁊ fac troc. pōderātes. ʒ. ℥. ⁊ exficcenf in vmbra.

Hos troc. hēm i vsu. z nō mlrū Jo. Sera. i suo ātido
ta. hz vnā aliā descriptionē q̄ eadē ē. ēt Barto. mōtag. i suo
āti dota. hz vnā aliā descriptiōez q̄ eadē ē. z sua descriptio i
vno loco ē falsa. credo tñ ꝙ h fuerit error scriptoris. ⁊ ifra
oīdā error ē vbi sit. Rasis i lib. diuisio. i ca. medicis. stoma
ci. ponit hāc eādē descriptionē. dñs Mde. i ca. d tussi hūida
ait. Gal. trociscī cognoiati essem. ⁊ sūt troc. stelle cōferūt
tussi iuuamētū sublime. Matthe fil. in littera t. ait. troci
sci stelle. ⁊ antiq medici nominauerūt eos aluitoria cance
huiusmodi nō permittūt vitā recedere.

Stella terre apd ipsū in secō can. vocat lutū samiuz. ⁊
ibi ingt ex auctate Gal. nos vtimur eo ex hoc qd notatur
stella samia. ego āt dico ꝙ holb videt ꝙ illud sit talk. ve
rū de talk tā dixerūt veridici q̄ ipz fuerint i terra grecoz i
ysula cipri i tertio can. i ca. de cura sputi sāguis. iterū ait lu
tū samiuz. ⁊ existimauerūt qdā ꝙ nolat grece stella terre.
⁊ nolb nolat plurib ⁊ videt ꝙ sit nomē altalk. ⁊ hec est
q̄z Dia. vocat gissamiā. ⁊ eligēda est alba valde ⁊ leuis li
gue adherēs leuis ⁊ aspgēs se sup chartā. ⁊ fragilis q̄lis ē
q̄ mlrū colerio dicūt duo sūt genera eī. vnū ꝙ pdictū ē ⁊
alterū ꝙ dī alter placodes quod ē laminosū. ādo vere ōtu
tis sūt alter vo placodes ē dicta stella lata vl plana Jo. Se
ra. ibidē hz stellā terre. z Bartho. dicit troc. stelle. sed nō
debet sic dicere. imo debet dicere stelle terre. ⁊ hanc terraz
multi moderni dicunt esse speciem de stella terre sunt troc-
isci de talcho. idem Auerroys in quinto coll. dicit terra
stelle. idest talch.

Trocisci de croco sm eūdē in lib. tertio i ken. i. in
ca. d cura sode calide abscz materia aut
adustione solis ⁊ relige ex materia calida aut sanguinea.
℞. croci auf. vij mirre auf. ij. expressionis agreste calcadis
ana. auf. i. ℥. aluminis lamenti. i. scissi siue de plūa auf.
viij. colcotar auf. v. medicine iste bene puluerizate cū vio
pōtico temperentur. ⁊ ex eis troc. informentur.

Hos troc. nō habemus in vsu. Alia descriptio reperi
tur etiā in antidotario Bartho. de mōtagnana q̄ eadem
nō est. idē dñs Mesue in sua practica in ca. de emigranea
calida ingt. Alexā. pfectio troc. quib fit linimentū ad emi
graneā idē sūt. nisi in vna re. ⁊ hoc est ꝙ Aui. nō hz gūmi
ar. Mes. vo hz i relige reb idē sūt. Sed insurgit dubitatio
ex eo ꝙ dñs Mde. dicit in practica sua i cura sode fride hec
verba formalia. eodē mō trociscī de croco dci in ātido. ⁊
tñ in ātidotario nuscz repio illoz descriptionē. tu igit pfi
dera. Mat. fil. i ca. de calcitis dicit Jo. mes. i troc. de cro-
co. ponit colcotar ⁊ calcadis. Gentilis in tractatu de fe-
bribus ait. troc. de croco. i. fief. de croco nō inuenit ppria de
scriptio. sed nescio cur hec verba protulerit.

Croc. i. zafarā. Jñ. igt crocū dcñ ab opido cilitie quod
vocat coriciū. q̄z ⁊ alibi nascat. sed nō tñ vel tale q̄le in
cilitia. vñ ⁊ a potiori pte nomē accepit.

Agrestū aūt fit ex vuis imaturis. ⁊ pt appellari onfāciū
Dias. ingt onfanciū ē suc vuar albar imaturar. q̄ vue aī
dies calculares colligēde sūt: onfanciuz āt pt capi multis
modis. nā pt dici ꝙ onfanciū est oleū quod fit ex oliuis i
maturis. etiā pt dici ꝙ onfanciū ē suc expssus vl lich ama
rus ⁊ acerb. vñ Gal. i lib. dinamidiar dicit onfanciū fic
fit a cimis vue agrestis expssis. carnes ipsar ⁊ nucleos in
sole ficcatos rñde. ⁊ fac puluerē. ⁊ erit onfāciū. ēt fit ex fru
ctu vitis imature. expmit eni eī fruct ante q̄z matura fit.
⁊ suc inde factus ispissat ⁊ reconditur.

Calcadis apud ipsum i secūdo can. in. ca. de atramēto ē
vitriolū albū. qdā crediderūt calcadis ⁊ colcotar idē esse.
sed nō recte. nā in istis troc. possumus certificari. ꝙ idē nō
sunt. verū vnū pro alio pōt pōi Jo. Sera. in cap. de erup-

tione sanguinis ex matrice ingt q̃ calcadis est calcātū cū
lus color ē viridis. ⁊ qñ antiquat calcadis fit colcotar. Jo
an. arculanus in ca. de vngula ait. quatuor sūt spēs vitrio
li. s. colcotar qd ē citrinū: calcātum viride. calcadis quod
est albū. alsurit rubeū. similiter ait in ca. de atramēto.
¶ Colcotar. i. vitriolii citrinū apud ipsū in ca. de atramē
to. Et idē dicit Nicolaus. Jo. arculan⁹ in ca. de sebel. dicit q̃
colcotar est vitriolum romanum.
¶ Vinum ponticum. i. forte vel acutū. non aūt dicitur pō
ticum a ponto insula: sed hic dicitur ponticū in sapore: ⁊
idem dominus Mesue loco eius habet vinum forte aut
acetum: quod tantum valet.

Trocisci de eleboro in .iiij. tertij. i ca. de cura. opi
lationis accidētis in aure. ℞. elebori al
bi. auf. iij. nitri. i. salis nitri auf. xvi. croci auf. iij. cōstringā
tur ⁊ terantur cum aceto: ⁊ fiant inde troc.
Hoc trociscos non habemus in vsu.
¶ Eleborus secundū Mesue est herba alfugi: ⁊ eius due
sunt species. nam alius ē albus alius niger. ⁊ niger incolu
mior est albo. Gal. in libro ad partenianū dicit. velatrum
. i. eleborus. Auerroys in qnto col. dicit cōdīti. i. eleboꝝ:
quod non videtur verū sicut p̃z p Dia. ⁊ Aui. q de vtroq̃
faciunt capla. eleborus vero apud teutonicos vocat ve
lax. si detur in potu de radice ipsius galinis interficit ipsas
de qua vide Sera. in ca. de elbo nigro. in fine ait. mesaru
gie elleborus albus est fortioris operationis q̃z niger: ⁊ ti
mor est ne ille qui sumit elleborū incurrat spasmū. ⁊ ipse
occidit columbos quādo infundunt vnū fabe aut frumentū
in aqua in qua infundit eleborus ⁊ datur columbis aut
pullis ad comedendum.

Trocisci ō bdello p̃m eundem in libro tertio. in
fen. xiiij. in ca. de cura apostematum du
rorum. ℞. rosarum tritarum. ʒ. x. spice aromatice: idest in
de. ʒ. ij. mirre. ʒ. i. costi. ʒ. i. s. masticis. ʒ. i. amigdalarum ama
rarum. ʒ. i. s. bdelij. ʒ. iij. terantur medicine ⁊ dissoluatur
bdelium cum vino: ⁊ conficiantur cum eo medicine: ⁊ fi
ant inde trocisci.
¶ Hos trociscos non habemus in vsu. Rasis in lib. diui
sionum in ca. de egritudinibus epatis habet vnam aliam
descriptionem que eadem est. bdelium vero est gummi qd
satis notum est. Gal. in sexto simplicium inquit mochl. i.
bdelium due sunt eius species. vnum est sethelina: ⁊ ē ma
gna ⁊ mollior altera: ⁊ eius virtus est mollificatiua. altera
vero species est arabica.

Trocisci de charta cōbusta in eodē lib. i fen. xvi. i
ca. de cura excoriationis intestinorū ⁊ vlce
rū. ℞. arsenici adusti. ʒ. x. corticis eris: alumis iamenti. gal
larū calcis q̃ nō est extincta oiuꝫ añ. ʒ. xij. fiāt ex eis trocisci
cū suco arnoglose. i. plātaginis: quorū vnusq̃q̃ pōderet. ʒ. iiij. ⁊ parū ex eis administretur.
¶ Hos trociscos nō hēmus i vsu. dñr aūt trocisci de char
ta: licet illorū descriptionē charta nō ingrediat. idē vo i se
cūdo cañ. de charta ca. facit. idē i ca. de papiro ait: q̃ ex ip
sa qdē fiūt charte. ⁊ ipsa qdē ē i potētia charta ⁊ qd ex ea
adustū ē: ē vehemētioris exficcationis Dia. ingt papir⁹ vñ
charta alexādrina fit vtile ē. Serap. i ca. de burchdi dicit:
burchdi ē notū: ⁊ ex eo fiūt charte. ⁊ vtūt eo medici qñ vo
lūt dilatare orificia fistularū. idē Sera. ait ⁊ kirrae qdē cō
bustū est fortioris operationis q̃z burchdi cōbustū. Etiā di
cit Gal. hec herba nō admistrat in medicia sola. idē Sera.
infra ait burdi vis. i. iuncus. hec vero plāta ē quedā spēs
iunci i ago nascētis. nō āt intelligit de charta i q̃ scribim⁹
q̃ de pānis lineis fit. sed sapiētes credūt q̃ hec fit quedam
herba i qua arabes faciūt sextariola in qbus inuoluūt spe
cies. ⁊ q̃ ē qdā herba viscosa nascēs in palustrib⁹. vñ Aui.
pta quarti tractatu scdo ca. x. de curationib⁹ febriū acu
tarum. sic inquit. ⁊ si domus est proximi temporis ex quo
linita fuerit luto. ⁊ proprie illo in quo ponitur loco palee
cotrum papiri tunc est melius.
¶ Es apud ipsum Aui. in. 2. cañ. aliud est rubeū ad citrini
tatē declinans. ⁊ est alchabrusi. qd ē melius. ⁊ aliud ē ru
beū clarū. ⁊ aliud rubeū ad nigredinē declinans. ⁊ est ge
nus eris qd vocat talacon Dia. Es vstum quod alij calcuce
camenon vocāt. Sera. iquit in caplo de ere. dicit pbus q
dā factūt ex ere vasa ad comedēdū ⁊ bibēdū i eis ⁊ nocēt
eis valde ⁊ hoc notum est.
¶ Troc. de cineribus descriptio horū ab auctoribⁿ nō re
peritur: sed nostri medici clarissimi faciūt ipsos cōponere
cū spēbus electuarij de cineribⁿ quoꝝ descriptio ē posita
ex auctoritate Aui: ⁊ sic ordināt. ℞. spērū cōpletaruꝫ ele
ctuarij de cineribⁿ. ʒ. i. cū vino albo odorifero quātū suf
ficit. fiant trocisci ⁊ siccentur. ⁊ vsui reserua.

trocisci alcadicon p̃m Dinū florentinū i suo tracta
tu de cōpōnib⁹. ℞. calcis viue. ʒ. i. arsenici
rubei ⁊ citrini. chali acatie añ. ʒ. s. oia hec trita cōficiant
cū aqua que vocatur prima ⁊ in vsu reserua.
¶ Hos trociscos nō habemus in vsu. ipse Dinus inferⁿ
describit vnā aliā descriptionē. sz eadē nō est. cadicō vt di
ctū fuit ex auctoritate Jo. Sera. sunt troc. facti ex arseni
co. ⁊ p̃m Almansorem dicunt achali qd recipit. Nicolus
florentinus in lib. 7. in ca. d medicina diminutiua carnis
siue corrosiua eius habet vnā aliā descriptionē que est ex
auc. Gal. que eadem est.
Arsenicum rubeum idest arsinagal. Nicolus loco eius
habet auripigmentum rubeum. credo q̃ idem est. ⁊ per ar
senicum citrinum intelligitur auripigmentum citrinum.
seu vsuale ⁊ per arsenicum rubeum intelligitur arsenicum
dictum arsinagal.
Hali vel alhali. vt p̃z Nicolus est quedaꝫ plāta q̃ in lit
toribus maris nascitur similis vermiculari. i. semperuiue
minori. pinguis ⁊ salsa. ⁊ de cinere ipsius fit vitrū. Sera.
in ca. de vsnē inquit. vsnen est herba chali. Auic. in scdo
canoñ. de vsnē. ca. facit ⁊ dicit. q̃ est plurium specierum ⁊
subtilior earū est alba. ⁊ nominat stercus passerū. nō est vs
nee vt quidam crediderunt. nā vsnee est res collecta sup
arbores glandium. ⁊ alias arbores.
Acatia p̃m Aui. est sucus alcharisti exsiccatus. deinde i
troc. mutatus. ⁊ melior ex ea est que ē melioris odoris vi
ridis declinans ad nigredinē pōderosior ⁊ durior. melue
loco eius p̃z chachie. qd idem est.
Aqua prima secundum intentionem compositoris sic
fit. ℞. calcem viuam ⁊ chali. idest herbaꝫ vsnen añ. partes
equales ⁊ terantur. ⁊ septuplum precedens ipsorum ex aq̃
eius admisceatur. ⁊ septuplum precedens ibi moret quo
tidie agitando. ⁊ postes coletur ⁊ ex ea conficiant. ⁊ fiant
troc. ⁊ reseruentur. Nicolus loco eius p̃z capitellū cōmu
ne qd fit ex cinere fabarū. ⁊ stiptibus eius. ⁊ calcis viue. ⁊
coletur ad modum lixiuij.

trocisci de celidonia pro ruptorio leui ⁊ bono secū
dū Bartholomeū mōtagnanā in suo anti
dotario. ℞. suci radicū celidonie. vrine pueri añ. ʒ. iiij. cal
cis viue. ʒ. iij. arsenici citrini. ʒ. i. ruptorū de capitello bul
lant simul sucus ⁊ vrina: deinde superaddat calx. ⁊ coqua
tur ad ignem lignorum. vsq̃ ad p̃sumptionē suci ⁊ vrine
⁊ reliqua addant cum calce. ⁊ fiant trocisci.
Hos trociscos non habēus in vsu. idē inferⁿ describit
vnam aliam descriptionē. quā vocat trociscos de celido
nia cauterizatiuos: sed idem non sunt nec in vsu.
Celidonie vero p̃m Sera. in cap. de curcuma due sunt
spēs. s. maior ⁊ minor. ⁊ dicit q̃ nominā hoc noie. eo q̃
icipit apparere añ aduētū hirūdinū. ⁊ dsiccat qñ recedūt
putāt alig etiā q̃ fic nolet poterea q̃ qñ exficcant pulli hi
rundinū. defert eis mater hāc herbā. ⁊ dat eam illis in ci
bum. ⁊ reddit visus irūdinibus. de qua etiā Jo. Anglicus
in ca. de sterelitate inquit. ⁊ est hic notāduꝫ q̃ celidōia di
citur quasi celi donū. qr ipsa aufert maculaꝫ oculorū. ⁊ iō
hirundo querit eā qñ pulli eius nō vident. ⁊ marticē mū
dificat conceptionem preparat. hicteritiam curat ⁊ scabie.
sucus eius suppositus curat ⁊ aufert. vnde versus. Icteri
cos per se sanat celidōia. sucus Iniectus oculis maculas
disrumpit eorum. Aufert. ⁊ cancros qualiscūq̃ capiatur
maior vero celidonia est nota minor est illa que apud ara
bes memitem aut memite dicitur. Leonardus de preda
pales in capitulo de formica ait foliorum domini dei idest
celidonie.
Capitellum vo apud nos vocatur aq̃ fortis saponario

rum. lixiuū est de quo fit sapo. ⁊ eius cōpositio est diuer
sa: sed illud capitellum qd sibi ingreditur fit hoc modo. ℞.
aq̃ prime saponis lib. ij. buliant longa ebulitiōe vsq̃ ad cō
sumptionē tertie partis. deinde addat calcis viue. ʒ. i. opij
ʒ. s. ⁊ decoquantur. deinde addatur auripigmēti. ʒ. s. ⁊ re
serua ⁊ de hac facias trociscos de celidonia.

Trocisci de calcamento secundum Gulielmum
placentinuꝫ in suo antidotario. ℞. eris
vsti vitrioli: de quo fit encaustrum añ. ʒ. vi. floris eris. ʒ. ij.
salis armoniaci: baurach. i. salis rubei: seu afronitri arseni
ci sublimati ana. ʒ. i. s. terantur ⁊ dimittantur fic per heb
domadam: ⁊ fiant ex eis trocisci cum suco ruthe.
¶ Hos trociscos in vsu non habemus. Gulielmus nomi
nat istos trociscos de calamento. i. de calcanto qd ē vitrio
lum: de quo fit encaustrum: sed non recte. nam hec confe
ctio est fief de calcanto: sicut apparebit infra ex auctorita
te. Rasis ⁊ videbis quod idem est.
¶ Flos eris non est viride eris secundū Simonem ianu
ensem. verum multi moderni loco eius ponunt viride eris
Rasis loco eius habet ziniar idest viride eris. sz opinio Gu
lielmi est q̃ flos eris ⁊ ziniar idem sint.
¶ Arsenicum sublimatum secundum quosdam est argen
tum sublimatum. liber qui dicitur bulchasis in libro primo
docet modum sublimandi arsenicum. vide ibi.

Trocisci de scolopendria secundum Nicolum
florentinum in libro quinto in capitulo
de opilatione splenis. Recipe scolopendrie: ysopi: prasij: idest marubij: fructus tamarisci: idest carmezir. cortī
cum radicum capparis ana. ʒ. s. seminis agni casti: semis
ruthe: gentiane. aristologie rotunde. florum genestre añ. ʒ.
ij. s. armoniaci dissoluti in aceto. ʒ. i. s. cū quo reliqua cō
ponantur ⁊ fiant trocisci.
¶ Isti trocisci in vsu sunt. Jo. Serap. in suo antidotario
habet vnam aliam descriptionem. sed eadem non est.
¶ Scolopendria vt pluries dictum est. est lingua ceruina.
¶ Genestra est frutex omnibus nota: existimant quidam
q̃ hec apud Dias. dicitur spartus: eius semen affertur in
folliculis sicut faseolus Gal. in octauo simplicium ait:
spargamum. i. genestra infra de ipsa apparebit melius in
vnguento genestrato.
¶ Armoniacum gummi est satis notum Gal. in. vi. sim
plicium inquit. armoniacum est gummi daltala: quod est
vnum ex gummis arboris. idem in libro ad parthenia
num ait. armoniacum est quasi lacrymum herbe. que gre
ce asilius appellatur.

Trocisci de cicadis. scdm eundē in eodē lib. i ca.
de cura lapidis p potionē. ℞. milij solis
pentafilonis. seminis vrtice. nucleoꝝ cerasorū seminis na
sturtij. petroselini alexandri. i. macedonici. tartari. vini al
bi ana. ʒ. s. sāguis hirci. cicadarū ana. ʒ. iij. galāge. ʒ. i. olei
muscelini. ⁊ nardini. i. de spica nardi. ⁊ balsa. añ. ʒ. i. s. suci
saxifragie. ʒ. iij. misce. ⁊ fiant trocisci: ⁊ siccētur in vmbra.
Hos trociscos non habemus in vsu.
¶ Cicade sunt quedā animalia de quib⁹ supra dixi. ex itē
tione Isidori ac aliorū. hic vero volo dicere de mēte Pli.
quod cicade non nascuntur in raritate arborū. iccirco nō
sunt cirenis circa oppidum. nec in cāpis. nec in fridis aut
vmbrosis nemoribus. est quedam ⁊ his locorū differentia
in milesia regiōe paucis sunt locis. sed in cefalenia nimis.
quidam penuriam earū. ⁊ copiaꝫ diriminac in regio agro
silent omnes ⁊ vltra flumen in locis canunt. pēnarū illis
natura que apibus. sed pro corpore ampliores.
¶ Vrtica ē herba satis nota. Dias. oīē acalifex. siue vt alij
ignidia. latine dicitur. vrtica eius altera maior que ⁊ vsua
lis est ⁊ simplex cū tenui semine ac foliis minutis aspis. al
tera agrestis ē densiorib⁹ foliis atq̃ latioribⁿ nigrioribus.
Etiam Aui. in scdo cañ. ait calise. i. vrtice. est etiā alia vrti
ca dicta mortua. ⁊ hec apd modernos dicit Angelica seu
archāgelica. ⁊ ē alia dicta vrtica mora. cuⁿ folia magna
ac nigriora sūt. ⁊ hec dicit milemorbia siue herba ficaria.
sed a latinis dr scrofularia.
Tartarum generatur in vino in fundo. ⁊ laterib⁹ vege
tis. ⁊ est fex vini. vel aceti. Cōcorregius i cap. de surditate
in speciali iquit. tartari qd adherēt in parietib⁹ vegetis in
trinsecis. hoc notum est.
Sanguis hyrci. de ipso dictum fuit. Nicolus non dicit
hic si debet esse pparatus aut non. sed in hoc est regula q̃
ipsum non oportet administrari in aliquibus medicinis
si preparatus nō fuerit. ⁊ modus eius est multiplex. supra
dixi de ipso in electuario de cineribus secundum intentio
nem plurium doctorum. etiam hic iterum volo ostendere
de modo ipsius ex auctoritate Jo. Sera. in ca. de illis in
quibus generatur lapis. ⁊ magnificatur qui sic inquit. me
dicamen cum sanguine hirci ad dolorem renum ⁊ lapidē
⁊ non est ei simile. ⁊ est mirabile. ⁊ modus eius iste est quā
do incipit vna denigrari sumatur olla noua a figulo. ⁊ fū
datur i ea aqua. ⁊ ferueat donec auferatur ab ea terrestrei
tas. deinde decoletur hircus. ⁊ accipiat ex medio sāguis
qui currit ex eo in ollam. ⁊ nō accipiatur primus sanguis
neq̃ postremus eius. ⁊ dimittamus ip̃z donec coagulet.
deinde incidamus ip̃m in paruas partes eo existente in cō
cauitate olle. ⁊ cooperiamus ip̃m cū reti stricto. aut cū pā
no subtili raro. ⁊ dimittam⁹ ip̃m sub celo donec recipiat
radios solis ⁊ lune. ⁊ dimittam⁹ ip̃m donec exsiccet bñ. ⁊
caue ne veniat ei humectatio ex rore. deinde teraf multū.
⁊ feruef ⁊ detur ex eo coclearium vnū cum decoctiōe vul
cis aque. Idē Jo. Sera. ait. ⁊ p̃m illud q̃ dixit filagri⁹ in
plurio sermonū suorū necēe est vt sit hirc⁹ iuuenis i etate
sua ex eis qbus aduenerūt q̃ñ q̃tuor anni. ⁊ p̃ciamus in
hoc medicamie foliū indū. ⁊ amomū ⁊ spicā ⁊ que sunt il
lis silia donec aromatizetur odor eius.
Oleum muscelinū a musco dictū ē descriptio vo ipsi⁹
p̃m quosdā sapientes reperit in antidotario Gal. q̃ apud
nos nō ē. tñ descriptio infra apparebit. quidā modernoꝝ
crediderūt q̃ oleū balaninū. i. de granis de been eēt oleū
muscelinum. sed non recte.

Trocisci affodillorum secundum eundem in lib.
septimo in ca. de medicina diminutiua
carnis siue corrosiua eius. ℞. suci radicum affodillorū. ʒ.
s. calcis viue. ʒ. ij. auripigmēti. ʒ. i. q̃ficiant ⁊ exficcent ad
solem in mense augusti.
Hos trociscos in vsu non habemus. domin⁹ magister
Petrus argillata in capitulo de medicinis corrosiuis ha
bet vnam aliam descriptionem. ⁊ idem est. Affodillus cir
ca instans affodillus est centum capita. cuius radix compe
tit vsui medicine. idē dicit Petrus de crescentijs. sed vter
que falsum dicunt dicentes q̃ affodillus sit centum capi
ta. nam si vis videre certitudinem. vide in ātidotario Ga
lieni. in quodam antidoto. quod incipit. antidotum quod
facit epilenticis. ⁊ ibi habet centum capita ⁊ affodilloꝝ.
quod non esset si essent idem. veritas autem est. affodillus
est herba dicta apud nos porrago propter similitudinem
foliorū. ⁊ p̃m Papiā affodillus herba quā latini albuciā
vocant. ⁊ centū capita est vna spēs yringi sicut patet apd
Serap. in suo cap. de yringo.

Trocisci de calce in eodē libro. ⁊ in eodem ca. ℞.
calcē viuā puluerizataꝫ. ⁊ cōmisce cum
melle. ⁊ cōmixta in olla noua. pone in clibano. ⁊ dimitte
donec comburatur. ⁊ vsui reseruetur.
Hos trociscos non habemus in vsu. Petrus argillata
in caplo de medicinis corrosiuis habet vnam aliaꝫ descri
ptionem que eadem est.
Calx p̃m Gulielmū placētinū per calcem significam⁹ ci
nereitatē corporū lapidosorū. ⁊ ostra corum extinctam ⁊
nō extinctam. Auerroys in quinto col. inquit. mura idest
calx viua. ⁊ est calx lapis decoctus.
Superno numine ducti compleuimus sermonē de secti
one trociscorum prolixam aliquantisper. verū cōpēdiosā
supramodū. erit vero nūc sermo noster circa distinctionē
fiet secūdū mentem diui Jo. Mesue ⁊ Rasis.
¶ De fiet p̃m sententiam Mesue ⁊ Rasis.

Jef citrinū. Mesue in sua practica l. c. de
obtalmia. ℞. climie lote. deinde adu
ste ⁊ extiete i lacte mulieris. ʒ. viij. ceruse lo
te. ʒ. xvi. croci. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. dragagātis. ʒ. ij.
aq̃ pluuial. qd sufficit vtere cū albumine ouī.

¶ Sief vero apud nos ē ꝓfectio ocularis formata ad modū nuclei dactili q̄ fricat super cotez cū aliquo liquore cōuenienti hanc medicinam quidam colirium vocant.

¶ Climia seu cadimia: vt apud Dia. dicitur quod bona est cipria ⁊ botiriades: ⁊ que ipissa fuerit. Serapi. capitu. de climia inquit quod eius species sunt due: est lapis repertus in cipro in curſibus aquarum: ⁊ est petrosa: ⁊ melior alijs speciebus climie: ⁊ alia generatur in fornacibus: ⁊ aggregatur in tecto fornacis quando purgatur es: ⁊ generatur ex ere quando ponitur in fornace: ⁊ liquefit. nam resoluitur fumus ab eo: ⁊ adheret parietibus fornacis in tecto eius ⁊c. secundum modernorum opinionem climia est fuligo: vel fumus qui adheret superioribus partib⁹ fornacis in purificatione auri ⁊ argenti: vel aliorum. vnde dicitur climia auri vel argenti: de qua vide in secundo cañ. Auicen. qui capitu. de vtraque facit. ille lapis quem dicit Serap. credo quod sit lapis dictus a vulgo calamina: seu calaminarias. de quo tingitur es.

¶ Modus autem lauandi climiam. ⁊ adurendi habetur in libro qui dicitur albuchasis in libro primo in ca. de modo preparandi katimiam. i. tuciam. nam climia est species tucie: ⁊ preparat sicut tucia etiam Sera. in ca. de tucia hz modū lauādi tuciā. ⁊ dicit abluitur sic climia. lauatur etiā tucia similr: ⁊ in ista materia lauat ipsa cum aqua rosata.

¶ Cerusa. i. biacha que satis est nota de modo abluendi docet seruitor in suo primo libro. ⁊ eius modus iste est. tere cerusam in aqua sepe. ⁊ proijce supra aquam sepe. ⁊ fiat hoc sepe tanditu quod nō appareat super aquam aliquid putredinis deinde collige. ficca ⁊ reserua. ⁊ bona cerusa est que multum est candida ⁊ partes eius sunt de se clare. ⁊ quando tangis eam digito inuenies partes eius lenes sine asperitate.

Sief rosatum ibidem. ℞. folio ꝓ rosarū. ʒ. rubearū. ʒ. xv. croci. ʒ. viij. opij. ʒ. ij. spice inde. ʒ. ij. gūmi ar. ʒ. viij. aque pluuialis quantum sufficit.

Sief albū. Rasis i nono Almāsō. i ca. d̄ obtalmia. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iij vragāti ʒ. i. opij. ʒ. ʒ. fiant ex eis forme lenti similes

¶ Istud sief apud nos non est multum in vsu. ⁊ eius modus ē duplex. vz quod ipsum possumus facere cum opio ⁊ sine opio. si cum opio facere volueriis addatur de opio in pondere. vt dicit compositor. sin autem sine opio facere volueris non ponitur aliquid opij. Mesue in cap. de obtalmia habet multas descriptiones. quarum vna est descriptio filij zacharie que eadez est nisi in vna re. hoc est q̄ Mesue habet amilū. Rasis vero nō in reliquis sunt idē.

¶ Sarcocolla secundum Auicen. est gummi arboris spinose. ⁊ in ipsa est amaritudo. ⁊ melior ex ea est illa que ad citrinitatem declinat. ⁊ est similis olibano. i. thuri. medici nostri vixerunt quod hāc medicinam in colirijs nō oportet ponere. si nutrita non fuerit in lacte asine. Et eius modus iste est. accipe de sarcocolla bona alba grossa. ⁊ pone eam in vase vitreo amplioris orificij. ⁊ mulge super eam lac asininum in quantitate pauca ne infundatur in ea. ⁊ li queſiat. sed remaneat sic. ⁊ pone subito in sole. vt cito desiccetur. ⁊ quando erit ficca. ⁊ oportet vt iterum mulgias secundum quātitatem prioris. ⁊ semper caueas ne cooperias eam lacte. ne accescat lac antequā. desiccetur ⁊ destruatur. ⁊ fac ita quater. ⁊ cuz ꝑ feceris ficca bene ⁊ conserua: ⁊ si nutrire volueris in lacte mulieris eadem forma ⁊ modo facias.

Sief de thure ꝑm eundez in nono Almansoris in ca. de vlceribus oculorum. ℞. armoniaci. sarcocolle. ana. ʒ. ʒ. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ij. conficiantur cum mucilagine fenugreci. ⁊ fiant ex eis sief.

¶ Istud sief non est valde in vsu. Mesue in capitulo d̄ vlceribus ⁊ vlceribus oculorum habet vnam aliam descriptionem que eadem est.

¶ Thus vō est olibanum de quo supra in troc. de olibāo.

Sief de plūbo ꝑm eundē i eodē cap. ℞. plūbi adusti antimonij. tucie ablute calcucecumenō gummi ara. draganti. añ. ʒ. viij. opij. ʒ. ʒ. terantur. ⁊ cum panno sericino. i. de serico qui sit subtilissim⁹ cribellētur ⁊ cōsper gantur ex aqua pluuiali: ⁊ fiant ex eis sief.

Istud sief in vsu non est. Mesue in ca. de vulnerib⁹ ⁊ vlceribus oculorum habet vnam aliā ex auctoritate filij zacharie. i. rasis que eadem est.

Plumbū species est antimonij. Plinⁿ vocat plūbum quādam egritudinē oculi que curatur cum quadā herba que grece dicitur molēdina quod ē dictu plūbago Auic. in secō dicit. alaunoch ⁊ alabadat vtrūq; est plumbum nigruz. in quo ē substātia aquosa multa quā ꝓgelauit frig⁹. modū aūt adustionis eius docet bulchasis in libro primo g est iste. ℞. laminas plūbeas. ⁊ pone in olla fictili. ⁊ pūce super eas parū sulfuris radendo ipsum sulfur sup eas. deinde accipe alias laminas plūbi. ⁊ pone super primas. ⁊ iterū radas super eas de sulfure. ⁊ iterū alias laminas superpōe ⁊ sulfur rade. ⁊ fac ita quousq; olla sit plena. deide accēde super eas ignem. ⁊ quando videris plūbū istāmari oportet q̄ cōmisceas cum virga ferrea donec plūbum conuertatur in cinerē. ita q̄ nihil remaneat de substātia plūbi gn sit totū in cinerē cōuersum. ⁊ qñ erit ita aufer ab igne ⁊ dimitte infrigidari. ⁊ oportet q̄ ille q hoc facit cooperiat faciem suam. nā odor multum nocet. ⁊ sic vtere.

Antimonīū vene ē terre similis plūbo. ſz ātimonīū teritur ⁊ nō fundit. plūbū vō fundit ⁊ nō terit Dia. vocat ipsum stibū. ⁊ ingr. stib⁹ formosus ē ⁊ lucidus. ⁊ qui radiosus apparet cū fract⁹ fuerit. ⁊ gustu salsus ⁊ fragilis nihil habens terrosuz aut sordidū. hunc multi obtalmon nominant. hec est medicina ocularis. que est satis nota.

Tutie vō nomē cadit super tres res. primo super id de quo Auicen scō cañ. proprīū cap. facit sub nomie tutie. Et Dia. sub nomine pōfolix. cui sunt due spēs. vna quarum dicitur pōfolix a Dia. alia spodium. que ab Aui. dicitur succudus. ⁊ ambe sunt fuligo ex fumo eleuato in fornace. in qua fit auricalcum. ⁊ eleuatur ille fumus a lapide calaminaris. quo es tingitur. ⁊ fit auricalcum moderni generaliter loco spodū vtūtur esse elefantis cōbusto Gal. in octauo simpliciū dicit. chadimia. i. tutia d̄ modo ipsā abluendi vide albuchasis in lib. i.

Calcucecamenon. i. es vstuz. ⁊ est nomē cōpositū a char cos quod est es cecamenon incensuz Dia in capto de ere. dicit es vstum quod alij calcucecamenon vocāt. Circa instans es vstū. i. calcecumenon. Auerroys in quinto colli. alit. calcecumenon. i. es vstū. idē alit. Leonar. d̄ preda palea in capi. de vlceribus putredinis. ⁊ sic est secundū veritatez modum adustionis eius docet Diaſ. in proprio ca. de ere. ⁊ idem facit Serap.

Sief rubeū ꝑm eundē in nono almaſ. in ca. de scabie ⁊ sebel. ℞. ematicis colcotar cōbusti. i. vitrioli citrini añ. ʒ. iij. eris vsti. ʒ. ij. mirre croci añ. ʒ. i. pipis. lō. ʒ. ʒ. ospergant ex vino veteri: ⁊ fiant ex eis sief.

Istud sief in vsu non est. ⁊ dicitur rubeū a colore ipsius propter lapidem ematitem: idest sanguinariam qui ibi ingreditur. Mesue in capitulo de scabie oculorum habet vnam aliam descriptionem. ⁊ loco ematitis habet sedenegi. quod idem est.

Sief viride in nono Almansoris in capitulo de vngula. Recipe zinziar. ʒ. iij. cholcotar. vsti. ʒ. vi. armenici rubei baurach. spume maris añ. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. ʒ. armoniaci. i. gummi. ʒ. ij. armoniacum in suco ruthe dissoluatur. ⁊ species ex eo conspergātur. ⁊ fiāt ex eis sief. est enim mirabile.

Istud sief. apud nos nō est in vsu. Mesue in ca. de scabie oculorū habet vnam descriptionem ⁊ eadem est.

Zinziar. i. erugo eris. Liber qui vocat bulchasis in libro primo vocet modū faciendi ipsum. ⁊ abluendi ⁊ colligēdi ex eo quod est bonuz. Auic. in secūdo cañ. de zinziar capitu. facit ⁊ dicit species faciēdi zinziar sunt cū exaspatiōe eris i fece aceti. ⁊ rozatiōe limature eius cum aceto. ⁊ sepultura ipsius in loco humozoso. ⁊ inclinat vas ereum super vas in quo est acetū. ⁊ dimittatur quousque in ipso fiat zinziar Auerroys i quinto colli. dicit zinziar idest viride es. ⁊ sic ē secundum veritatem mesue loco eius habet florem eris ⁊ idem nō est. vt dicit Simon Januensis. verum hodie vnū pro alio ponitur.

¶ Spume maris ꝑm Aui. ⁊ Sera. fūt gnq; spēs. Idē dicit Dia. q̄ ipsā vocāt alcionīū: ſz Pli. q fūr vocat q̄tuor species tm d̄scribit Gal. i tractatu prio de memiri: i ca. de scriptis i alopicia ⁊c. ait adarchā: ⁊ i medio eoꝝ ē vocata spuma maris. Dinⁿ florē i lib. 2. i ca. de cura scrofularū dicit pumicis. i. spūe maris: sed nō mihi placet. nā vera spuma maris ē spissa solida grauis habēs odorē piscīū putridorū similis spongie: ⁊ inuenit in littoribus maris.

Sief de calcāto ibidē. ℞. eris vsti calcāti ana. ʒ. ʒ. ʒ ini gr. ʒ. ij. salis armoniaci: baurach: arsenici sublimati añ. ʒ. i. teranf. ⁊ p hebdomadā vnā dimittant: deinde fiant ex eis sief ⁊ fricetur vngula cum eis.

¶ Istud sief i vsu nō ē Gul. lōbard⁹ vt dicīt fuit describit trocisc. d̄ calamīto. i. d̄ calcāto. ⁊ idē fūt cū sief d̄ calcāto: bd nō recte. Nā alīd ē sief: alīd ē trocisc⁹ vt ostēsum fuit.

¶ Calcātū apud Aui. in capto de attramēto ē vitrio si viride. Idē facit aliud capm de calcāte Joā. arculan⁹ in capitulo de vngula dicit. calcātū. i. vitriolū viride idē. Dicit Gal. in octauo simplicium. ⁊ idem Gal. dicit calcantos. i. eris flos. ⁊ est nomē ꝓpositū a calchas grece qd ē es. antos vero flos. vñ calcātos. i. eris flos: sed calcātū ē vitriolū viride de quo fit encastrum.

Sief de fellibus i nono almāsoris in ca. de aq̄ descēdēte i oculū. ℞. fellis gruis: fellis sabot: fell ircini: fellis accipitris: fellis agle: fellis pdicis oiuz ficoꝝ vnū aut plura sumant q̄q; p oib⁹. ʒ. x. istoꝝ ficcoꝝ eufozbij: colloquintide: scrapini omniū ana. ʒ. i. trita aggregent ex suco feniculi teneri: ⁊ mittantur in oculos.

¶ Istud sief non est valde in vsu: ⁊ hoc venit q: simplicia que in eo ingrediuntur difficilia sunt inuenirī tpe debito. aliter magis in vsu esset. Mesue in capto de debilitate visus ait. ingr Galie. fella oia abstergunt oculuz: ⁊ clarificāt visum: ⁊ eligantur ex animalibus. ibi dñs Mesue allegat quedam simplicia que etiam in isto sief ingrediuntur: de quibus infra.

¶ Grus est auis volatilis. cuius forma oibus nota est.

¶ Sabot ē piscis. nā Mesue dicit: ⁊ ex piscibus est fel. sabot quid sit generaliter ignozatur. Bartho. montagnana in suis cōsilijs. in cōsilio de medicinis cōmunis tuuamēti ad nocumēta stomaci visus ⁊ auditus i quodā colirio bono habet fellis sabot: ⁊ inquit q̄ est piscis nominatus lucius. idem in cōsilio ad malā cōplexionē frigidam ⁊ humidam stomaci ⁊c. dicit fellis piscis sabot: ⁊ est lucius vl vairolus. ista verba nō conueniunt esse idem. nā aliud est lucius aliud est vairolus. verum autē est q̄ ipse est vairolus: ⁊ est piscis nominatus labrax. ⁊ habet plura nomina ſz pro uinciae. nā sabot apud romanos vocatur spinula a venetis vairolus. ⁊ ab alijs louacius.

¶ Accipiter auis est quam nos in manu portam⁹ in ciuitabus ac alijs locis. Isido. ait. accipiter dicitur accipetrio ab capiendo. est enim auis rapiēs alias. auis auida. ideoq; vocatur accipiter hoc ē raptor. qz rapit siquis accipit ipsi fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse. nazdum viderint eos posse tentare violatus nullas eis prebēt escas. sed verberant pennis. ⁊ a nido precipitant. arq; a teneros compellunt ad predam ne forte adusti pigrescant. vñ hec auis satis nota est.

¶ Aquila est auis ex volatilibus quam domini italici pro signo victorie portant. Mesue idem laudat. hec vero auis reperitur in partibus indie. ⁊ iuxta littora oceani. etiam inuenitur apud nos tamen raro. Serapio. facit capitulum de lapide aquile. ⁊ inquit quod est lapis indus qui quando agitatur auditur intra ipsum lapillus alius. ⁊ minera eius est in montibus Indie inter chinoas ⁊ saradin. ⁊ greci nominant eum antarront. ⁊ expositio eius est alleuiane partum.

Perdis auis est que genere eius coturnix nuncupat. est enim auis que satis nota ē. hec apud Aui. in secundo cañ. vocat cubugi. Bēlis super tertio cañ. d̄ cura lubricitatis stomaci ait. cubugi. i. perdix. Simon tanuē. ait. cubugi. af. perdix ⁊ algel. Itē Matheus fil. in litterā. c. ait. cubugi. i. pdix Jo. angli. in ca. de debilitate visus. ⁊ cecitate accidētali ingr. ℞. fellis galli aut pdicis. aut fasiani qui vocatur alcubugi a Mesue. ⁊ quod cubugi sit capo seu gall⁹. ⁊ ex hoc colligi videtur. nā Aui. in secundo cañ. in ca. hermel allegans verba Dia. dixit quod ipsa trita cum melle ⁊ vino. ⁊ felle alcubugi ⁊ gallinarum. sed patere potest legenti quod Diaſ. in loco allegato non habet fel alcubugi. sed capons. Sera. vero etiam eodem loco ex verbo Diaſ. habet fellis galli. Item Dia. in ca. de felle laudat fel cubugi. Serapi. eodem loco auc. Dia. laudat fel galli ex quibus possumus comprehendere. itentionem Aui. fuisse quod cubugi sit capo. ⁊ Sera. quod sit gallus. sed intellexit vt opinor d̄ gallo siluestri. qui fasianus appellatur. quem aliqui dicūt esse cubugi. licet velit simon quod non sit capo. ⁊ mesue quod non sit gallus nec perdix. nam Mesue in ca. allegato scripsit cubugi ⁊ galli ⁊ perdicis ex quo apparet qd̄ secundum eum idem non sunt. tamen intētio arabum est q̄ cubugi est algel aut perdix.

Sief memite ꝑ eundem in sinonimis que sunt i fine sui libri fit hoc mō. exprimit sucus memithe. ⁊ in sole deiccatur. ⁊ ex eis informantur pillule in modum nuclei dactilorum. vel informantur magdaleones parui.

Istud sief non est in vsu. tamen eius compositio in alijs colirijs multum operatur. Memithe vero sēm Sera. ex auc. Dia. est sucus herbe eiusdem nominis que est similis in folijs suis herbe spēi papauetis dicti ceratides i. cornuti. nisi quia est in ea humiditas adherens manui. ⁊ est propiuqua terre. ⁊ hz graue odorē hz multū sucū. ⁊ color suci eius est similis colori croci. hec apud Dia. sub isto nomine non reperitur. verum est quod Dia. de ipsa facit cap. sub nomine glaucium quod idem est. qd aūt fit cōmuniter ignozatur. sed sēm estimationem modernozuz est species celidonie. ⁊ sine dubio hoc sonat. nam Sera. in ca. de curcuma. i. celidonia inquit minoz chilodomō. ⁊ est memithe.

Nicolus florentinus in libro quinto in capto de hidropisi in speciali dicit memithe. i. volubilis minoz. sed nō bñ sonat hic textus. nā idem in septimo libro in ca. de apostematibus emunctoriozum siue de bubonibus ait memithe. i. celidonia quod recte dicit Joānes arculanus in ca. de cura cephalee. tam calide quam frigide dicit sief memite. i. sucus memithe. per decoctionem inspissatus vel ad solem ⁊ est herba similis papaueri dicta glaucinum. ⁊ est species celidonie. Ille autem sucus sic inspissatus dicitur sief. vz. sief memithe. ⁊ est medicina ocularis. Item Joānes anglicus in cap. de surditate debilitate auditus ait. sucus memithe. i. celidonie agrestis.

Gulielmus placentinus ait. memithe est simile glandinibus colozis citrini. ⁊ est fructus cuiusdam herbe que nascitur in littoribus aquarum. Idem dicit Aui. in secundo ca noſi. bulchasis in libro secundo docet modum exprimendi sucum ex memithe. ⁊ ignozat de ipsa inuenire veritatez qd esset. moderni vō habent ipsam per cognitionē verā. nā vt dictum fuit de mente Sera. ipse vult q̄ sit celidōia minoz. ⁊ sic hodie generaliter habetur opinio. quāuis aliqui ꝓtradicant dicentes qd memite non est celidonia. nā celidonia est calide complexionis memite vero frigide quib⁹ respondetur. quod ⁊ si celidonia sit calide complexionis. ꝓpter hoc tamen non tollit gn memithe sit spēs celidonie vz. celidonia minoz. nā qui dicunt q celidonia est calide complexionis forte intelligunt de celidonia maioz. vel de eius suco vel radice. sed hoc nullam includit repugnantiā q celidonia minoz nō sit frigide vtutis. non. n. repugnāt in eadem specie esse indiuidua seu simplicia diuerse ꝓplexionis. ⁊ hec apud lōbar. reperitur i hortis ac locis aquosis. ⁊ est quam angelicam siue archangelaz vulgo vocam⁹ ⁊ sic si legis bene illa ca. videbis qd angelica ē memithe i folijs in colore in radice: ⁊ in reliquis pterea in folijs multum similatur celid. ma.

Istud cerotũ est illud quo generaliter vtuntur doctores sub noie ceroti ad crepatos vel sub nomine ceroti cũ pel le arietina. ibi Rainaldus dicit. q̃ crepatura accidit sepe iuuẽibus ⁊ robustis viris qui volũt nimis saltare vel cur rere vel maxima põdera portare. vel petras grossissimas iactare. vel eas viriliter eleuare. vel ex nimio ⁊ alto clamo re. ⁊ Bartho. montagnana in suo antidotario hz vnum emplastrum vsuale pro crepatis. sed idez non est verũ. vif ferunt parum de quo infra. Gentilis in suis cõsilijs in cõ silio primo habet vnam aliam descriptionem. sed non est eadem nec in vsu apud nos est. moderni vero practicãtes magis laudant descriptionem Rainaldi q̃ alias.

¶ Litargiriũ est nomen cõpositũ a lithos quod est lapis ⁊ giros qd est argentũ. vñ litargiriũ. i. spuma argẽti. Dia litargirium nascit ex arena molopdinis que cõbusta lique

fit. ⁊ sic refunditur. multi ex argento hoc facilū. ⁊ ex plumbo. melius est tamen acticum ꝑm hispanum. tertium siculum. quia ibi plumbum abundat. ruffum vero ⁊ limpidus cristis dicitur. exalbidum argiritis. qz ex argento fit. aliud capitulum facit de spuma argenti. que etiaz litargirios appellatur. Pli. spuma argenti genera eius sunt tria optima que cristi vocatur que ⁊ acticaest. hec ex ipsa vena fit ꝯ argiritim vocant que hispanensis est. hec ex argento fit sicut dicit Diaſ. de litargirio. alias duas species vide ibi.

¶ Lumbrici terrestres secundum Serapio. sunt vermes quando foditur terra. vel aratur inuenuntur quando ipsi teruntur ⁊ ponuntur super neruos incisos cōferunt iuuamento manifesto. hi apud Auicen. in secundo canonis vocantur charathin. ⁊ satis noti sunt.

¶ Colofonia. i. pix greca. Auicenna in secundo canonis. in capitulo de ratinigi ait. ratinigi nominatur colofonia. ⁊ est gumma pini. ⁊ nominatur arbor eius in sceni alherē. Joan. Sera. in suo breuiario in capitulo de paleſi inquit. gummi granorum viridium quod nominatur ratenigi. ergo ratenigi est terbentina idem in capitulo de aſmate ait. accipe granorum pinearum super quas est ratinigi. veruz hoc gummi cadit super omnes gummas. sed ratenigi magis conuenit esse colofoniam q̄z terbentinam.

¶ Cera rubea ꝑm quosdā est cera vsualis. ꝑm quosdā est cera qua vtimur ad sigillandū litteras. ⁊ hec est opinio plurium qz ibi ingreditur cera alba. i. cera artificialis sicut est notum ⁊ cera rubea. i. artificiata ⁊ propter id si ponitur cera alba que est artificialis non debet intelligi cera rubea. que fit ex cinapio terbentina ⁊ cera ⁊ oleo. vt est notum apud apothecarios tamen hoc non est firmum. vz. si cera rubea fit cera vsualis aut cera qua sigillātur littere.

¶ Consolida maior apud Dia. vocatur simphitum. ⁊ ibi ponit q eius species sunt due. tam in apud modernos inuenitur alia que media dicitur. ⁊ raro apud nos inuenit. sed sunt ex hominibus qui loco eius ponunt pōdus equale matoris sed haberi poterit est melius.

¶ Palea marina. i. balla marina. alij auctores hanc non ponunt est autem quedam res rotunda sicut boza defertur a ianua ad nos. ⁊ ibi eius herba algoza vocatur. hec balla ingreditur puluerem qui fit contra botium gule. vt dictuz fuit. ⁊ ibi melius ostendi.

Viscus quercinus. i. dabac ꝑm Dia. lachrymus est arboris lenis ⁊ viridis coloris deintus obrussum ⁊ nihil asperum colligitur ⁊ de semine ob rotundo quod in arbore vrij. i. quercus nascitur folia habens similia buxo. hoc semen primo tunditur ⁊ lauatur. ⁊ postea coquit. multi vero illum masticando cōquassant. fit etiam ex arbore mastini. ⁊ de piro. ⁊ ex diuersis arboribus. aliquando ⁊ in radice arborum ⁊ in fructice inuenitur apud Auic. eius fructus est similis ciceri nigro nō sincere rotunditatis. virgularis frangibilis. ex quo manus inuiscantur. eius autem minera est arbor ferens glandes ⁊ malus ⁊ pirus in quo sunt virtus aerea ⁊ aquea mltiplicate valde. ⁊ qui ex eo bonus est recens planus coloris puri interius viridis exterius teritur ⁊ lauatur deinde coquitur hodie multi apothecarij qui se omnia scire fatentur loco eius ponunt viscum quo vtuntur nostri rustici ad capiendas aues. sed verus viscus quercinus fit ex quodam fructu simili piro qui reperitur super arbores ferentes glandes seu arbores quercus. ⁊ pp id viscus quercinus appellatur. defertur a venetis ad nos in formis rotundis prout fucus liquiritie.

Sanguinis hominis ruffi. Bartholomeus hz sanguinis humani ⁊ idem est. sed nostri doctores magis laudant sanguinem seu robusti q̄z non ruffi. ⁊ oportet q extrahatur ab homine colerico. quia est fortioris proprietatis in ista materia. ⁊ oportet q iste sanguis fit flebotomatus in vna scutella lapidea vitreata. ⁊ ibi dimittatur siccari tantum q veniat sicut est sanguinis dracōis postea vtere vbi oportet. Nicolaus florentinus in libro quarto in capitulo de nocumentis prouenientibus ex sanguine hominis. ⁊ sanguinis ⁊ lactis congellatorum inquit. sanguinis hominis colerici ruffi extractus ab eo dum fuerit ab ira ⁊ furore semotus si sumptus fuerit in cibo vel potu. quia ipse

pro tunc est vehementis coloris calitatis ⁊ inflammatōis in stomaco existens magnam efficit ⁊ acutam effamationem ad caput ⁊ cura eius si non fuerit cōgellatus est vomitus. si vero fuerit congellatus educatur fluxu ventris.

Cerotum de bdelio ꝑm Leonardū de preda palea patauinum in cap. de cura scrofularum. ℞. armoniaci. galbani. ⁊ bdelij aā. tantundem cuius confectio est vt recipiantur ex his tribus gummis partes equales. ⁊ in aceto vini fortis vsq ad tertiam diem dimittantur quousq liquefiant. deinde adde parum sulfuris. ⁊ fiat cerotum.

Istud cerotum non est in vsu. cerōtum vero ꝑ Mathaeum siluaticum dicitur a cera. quia omne cerotum recipit ceram vel aliquid loco cere. ⁊ sic istud dicitur cerotum nō q recipiat ceram. sed loco eius habet gummas que liquefiunt prout cera. ⁊ nota secundum Saladinum q sicut aloes vtplurimum est materia pillularum. ita cera vtplurimū cerotum vel vnguentorum est materia.

Cerotum concilatoris coadunatiuum fissi crani in differentia eiusdem. clxxxj. Recipe gumi elemi. ℥. iij. rasine purissime. ℥. iiij. cere. ℥. vj. olei rosa. ℥. iij. ʒ. armoniaci. ℥. ij. terebentine. ℥. iij. ⁊ ℥. ʒ. fiat vnguentum.

Cerotum aliud eiusdem ibidem. similis intentionis. Recipe gummi elemi. ℥. iij. opoponaci. ℥. ij. bdelij. ℥. ʒ. rasine pini. ʒ. j. cere quantum sufficit fiat vnguentum.

Postq̄ expediuimus duce xpo cerota equū est vt transeamus ad vnguenta si idem annuet.

De vnguentis super antidotarium diui Mesue. ac aliorum doctorum.

Unguentum diafinicon. ℞. adipis cirbi antiqui mundi ⁊ colati. ⁊ adipis vituli antiqui mundi ⁊ colati aā. li. j. ʒ. j. colcothar. i. vitrioli citrioli citrini. ℥. iiij. olei antiqui. ⁊ litargirij mundi ana lib. iij. terantur litargirium ⁊ colcothar contritione vltima ⁊ mundentur per pannum subtilem ⁊ spissum. deinde terantur cum oleo ⁊ elaboretur in premixtione eorum ante parum ex oleo addendo. ⁊ fiat illud. deinde coletur super illud adeps. ⁊ coquatur cum facilitate agitando illud sine intermissione cum ramo palmaruz ⁊ extremitate eius grossa abiecta cute eius. ⁊ sint rami super quorum incisione nō preterierit spacium. ⁊ quotiens exhauritur humiditas rami a medicamine. item ⁊ alterius humidi extremitate agitetur. nec nō ⁊ alioꝝ ramorum partes humidiores incidantur in frustra ⁊ ponant in medicamine. deinde mutentur dū exficcant. ⁊ hoc fiat donec perficiat eius decoctio ⁊ fiat in termio hore ignis aut fīē prune aut flāmetemus.

Istud vnguentum apud nos est multū in vsu. Unguentum aūt dicitur ab vnguēdo. Isidorus in ca. de odoribus ⁊ vnguentis inquit. vnguentū vero est omne quod ex cōmuni oleo confectum aliarum specierū cōmixtione augetur odoris iocunditatē sumens. ⁊ longius redolens. vnguenta aūt quedam dicuntur a locis. vt telinū cuius Iulius cesar meminit dicēs corpus que suaui telino vngimur hoc cōficiebat in insula telo. que ē vna ex cicladibus. sunt ⁊ quedā ab inuentoꝝ nole vt amaricinū nam quidaz tradunt regium quendam puerū amaricinum nole complura vnguentorum genera furentem casu prolapsum esse ⁊ maiorem ⁊ commixtione odorem creasse. vñ nunc optima vnguenta amariciana dicunt. sunt autem ex genere florū.

Diafinicon dicitur a dia q est confectio ⁊ finicon. i. de dactilis. nam fenicon est dactilus. tū Mesue hz vnguentū diafinicon. non autem hoc dicitur a dactilis. sed potius a palma ꝑm Mathaeum siluaticum diafinicon vocatur vnguentum palme quod diacalcadis dicitur. verū est q possunt sic dici. tū Mesue iterum scribit vnguentum palmeum quod non est idem differunt inter se. hoc vnguentum dicitur diafinicon. quia conficitur cum ramis palme.

Zirbus est pinguedo inuoluens intestina. ⁊ hec pinguedo in terra nostra nominatur radicella.

Unguentum arabicū. ℞. foliorum cheiri. salue. trafilō. acetosi. acori. aā. li.

. j. terantur contritione bona ⁊ funde super ea in vase lapideo olei rosati. aut mirtini. ⁊ adipis zirbi antiqui. ⁊ colati aa. lib. ij. ℥. j. dimitte per dies. viij. deinde accipe mirre munde. aloes succotrenſis. aā. auf. viij. sarcocolle auf. viij. terantur ⁊ cribelentur. ⁊ proijciantur super ea in vase alio lapideo. vini albi. aut succi arnoglose longe. i. plantaginis maioris in quo cocta fuerint ex folijs earundem herbaruz aā. ℥. iij. ⁊ fit vini aut succi. quod funditur super ea quantitas sufficiens ad dissoluendum ea. ⁊ dimitte per dies sex. deinde redeas ad herbas ⁊ decoque cum oleo ⁊ adipe ebullitionibus duabus ⁊ cola ⁊ exprime oleum ⁊ adipē. ⁊. ℞. eius expressionis lib. iij. ℥. j. litargirij mundi ⁊ triti contritione vltima lib. iij. ⁊ in alio lib. iij. ℥. j. calcadis. i. vitrioli albi ℥. iiij. ⁊ terantur ⁊ coquātur sicut superius diximus in vnguento diafinicon.

¶ Istud vnguentum ꝑm intentionē Mesue est vnguentū diafinicon. postea ait. q hec est descriptio arabica. est vnguentum arabicum. non autem dicitur arabicum a gūmi arabico. sed dicitur arabicū. quia in illis partibus fuit inuentum. ⁊ vtuntur ipso. sed nos raro.

¶ Cheiri arabice. est planta que flores citrinos seu aureos producit ⁊ est viola citrina. Auerroys in. v. col. ait. alcheiri est viola de romania. Serap. cheiri est planta nota hñs diuersitatem in spē sua que a diuersitate florum cognoscitur. nam quedam habent album. quedam purpureū. ⁊ quedam citrinum. que habet citrinū melior est ⁊ optior in medicina. ⁊ satis est nota.

¶ Triofilon acetosum. i. trifolium acetosum. quidam dicunt quod est falsum. quia reperitur in Nicolao triofilon ⁊ ibi dicitur q triofilon dicitur a viridibus folijs rutbe que in eo ponuntur. ⁊ dicunt q hic idem intelligitur. sed ignoro. nam in aliquibus codicibus Mesue antiquis inuenitur trifolium acetosuz quod melius est. ⁊ est herba dicta aleluia siue panis cuculi que in sapore est acetosa. preterea vide apud Mathaeum siluaticum in capitulo de pane cuculi que dicit de isto trifolio.

Unguentum cerasceos magnū. ℞. armoniaci. ℥. i. bdelij. olibani masculi. i. thuris. aristologie. i. rotunde. sarcocolle aā. ʒ. v. mirre. galbani ana. ʒ. iiij. litargirij. ʒ. xv. aloes. oppoponacis ana. ʒ. iiij. resine ʒ. xiij. cere albe. ℥. ij. olei q̄z tum sufficit. armoniacum ⁊ bdelium dissoluantur in aceto. litargirium teratur ⁊ decoquatur cum oleo donec liquefiat. ⁊ tunc remoueatur ab igne donec infrigidetur purum. ⁊ proijce super ipsum armoniacum ⁊ bdelium dissoluta in aceto. ⁊ reduc ad ignem donec coaguletur. ⁊ post illud proijce super ipsum reliquas medicinas. ⁊ administretur.

¶ Istud vnguentum apud nos non est in vsu sub isto nomine verum secundum chirurgicos est in vsu sub nomine vnguenti apostolorum. ⁊ sic sine dubio si legis hāc descriptionem cum descriptione vnguenti apostolorum quam Auic. describit videbis q fere sunt idem. Petrus argillata in capitulo de medicinis mundificatiuis vel abstersiuis habet vnguentum apostolorum mundificatiuum. ⁊ est descriptio Auicen. ⁊ in fine eius descriptionis ait. ⁊ si bullat vsq ingrossationem vocat ipsuz Mesue ceraceos. ⁊ dominus magister Antonius de ianua gra dei. qz mire rectificat vlcera maligna. Nicolaus florētinus in libro. vij. in cap. de medicina abstersiua ait. sic aliud de gummis ad mundificandum sanies grossam. ℞. galbani. armoniaci. resine. ⁊ terbentine ⁊ cetera. postea ait. cōficiatur vnguentum ex eis. ⁊ est vnguentum apostolorum. ⁊ hoc vnguentum q̄n decoquitur donec nigrescat vocatur a Mesue vnguentum ceraceos. ⁊ a quibusdam vocatur gratia dei. qz mirabiliter mundificat vlcera maligna. sed vnguētuz gratia dei est aliud apud nos. de quo infra.

Unguentum de arthanita magnum. ℞. succi arthanite li. iij. succi cucumeris asinini lib. i. olei vrini. i. de vreos lib. ij. butiri vaccini lib. i. pulpe colloquintide ℥. iiij. polipodij ℥. vj. euforbij ʒ. j. que terenda sunt tere ⁊ submerge in succis ⁊ oleis. ⁊ pone in vase vitreato stricti orificij ⁊ stringe caput eius. ⁊ dimitte per dies viij. deinde buliat totum ebulitione vna ⁊ colatur. ⁊ profice super colaturam serapini aur. v. mirre aur. ij. ita q resoluat prius in aceto vini. ⁊ aggrega omnia simul ⁊ bullant agitando semper cuz fuste vsq ad succi fere consumptionem. tunc proijce super ea cere. ℥. v. fellis vaccini aur. vj. ferueat cum eis. vsq duz liquefiat cera. deinde puluerizz super ea sicut conterēdo scamonee aloes mezereon. i. herbe oliuelle colloquintide ana. aur. v. euforbij aur. ij. salis gemme aur. iij turbith. aur. v. piperis longi. zinzi. camomille aā. aur. ij. conficiantur ⁊ administrentur.

¶ Istud vnguentum est in vsu maxime ꝑm istā descriptionem que magnum nuncupatur. paruum vero non tantū. idez Mesue in capitulo de arthanita hz duas alias descriptiones que idem sunt.

¶ Arthanita. ꝑm Auic. in scdo cañ. est buchozmarien. tñ miroz q idem in tertio cañ. in fen. xvj. in capi. de compositione solutiuozum eius qui habet colicam ex ventositate aut materia flegmatica de quibus fiunt clisteria ponit ibi buchozmarie ⁊ arthanitā. ergo falsus est textus secundi canonis. Rasis in nono Almāsoris in capitulo de colica habet. idem in capitulo de appoplesia in clisterijs idez habet. Auic. autem in secundo cañ. dicit arbor marie est buchozmarien. ⁊ iam dictum est de ea. ⁊ est trium specierum. vna species eius sine fructu ⁊ due cum fructu. ego non intelligo quid velit Auic. per talia verba. nā arbor marie est rosmarinus. ⁊ buchozmarie ꝑm ipsum est arthanita quod nō est possibile. erroz vero qui inuenit in ipso apud me nunq̄z separabitur. hodie generaliter habetur opinio. quod Rasis in illo loco errauerit ponere buchozmarie ⁊ arthanitaz sed non recte. quia in hac inuenitur differentia que reperitur inter scedenegi sine h. ⁊ inter scedenegi. cum h similiter est differentia inter buchozmarien scriptum cuz littera t ⁊ inter buchozmarien scriptum cum littera c nam ibi Rasis habet buchozmarien scriptum cum littera c ⁊ hec est arboz marie siue rosmarinus. si vero reperias buchozmarien est vera artanita de qua vide Serap. in cap. de ciclamine qui inquit. buchozmarien. i. ciclamen in ca. vero de arbore marie dicit. q est libanotis. ergo est rosmarinus. ⁊ sic si bene legeris videbis q buchozmarie est arboz marie ⁊ buchozmarie est ciclamen seu arthanita. Franciscus de pedemontium in capitulo primo de dolore intestinozum ⁊ medicinis eius ait. buchozmarien est radix piretri vel malū terre. quod est falsum. nam buchozmarie non est piretrum. verū si diceret buchozmarien est malum terre. sed non piretruz.

Unguentum de arthanita paruū. ℞. succi arthanite ⁊ viscositatis que multum getur ex radice filicis. ⁊ succi. chamenel. ana. ℥. viij. succi extremitatum tamarisci. ℥. ij. olei trini. lib. ij. ysopi humidez ʒ. v. armoniaci. bdelij. ana. ʒ. j. ʒ. s. aceti quantuz sufficit. cere citrine. ℥. vj. corticis radicis capzozum. ℥. j. ʒ. s. spice. i. nardi ʒ. iij fiat sicut superius diximus.

¶ Istud vnguentum de arthanita paruū nō est in vsu. Verum sunt ex hoibus qui faciunt vnum pro alio. qz in isto pauciora simplicia ingrediuntur. sed non recte faciunt.

¶ Filix ꝑm Isidorum a singularitate folij dicta veniq̄ ex vna virgula altitudine cubitali vnum scissuz folium gignitur res applicata velut pēna. Dia. aūt de ipsa duo facit. vnum de dipteris. aliud de feliteron. ꝑm vero Mathaeum filua. dipteris est polipodiū. sed non recte. nā si legis ca. de dipteri apud Diaſ. cum cap. de filice apud Serap. videbis q idem sunt. ipse vero Sera. in vno cap. loquitur de masculo ⁊ femina. Auic. in secundo cañ. duo cap. facit. vnum de cildaru. ⁊ aliud de sarace. hec apud Diaſ. nascitur sine semine: sine flore. ⁊ sine hasta. sed quidam modernozum dixerunt q in nocte sancti Joan. aliq vadunt ad locum vbi filix nascitur ⁊ ibi stant per horas tres. ⁊ dicunt quod cito in illa hora filix gerit florē. post semē. deus melius scit.

Chamenelis istud vocabulū est corruptū. nā quedā descriptiones dicūt cauchenzigh. q̄dā camaelis. quedam cameactis quod melius est. ⁊ sic hodie habet opinio quod debeat dicere cameactis. q̄ est ebulus cuius ortus est iuxta fossos. columella in libro de cultu hortoꝝ ait pturit ⁊ rutilas ebuli creat vuida buccas. nam neq̄z sicca placet. nec que stagnata palude. perpetit querule semper Quirla rane.

tam que spōte sua frondosas educat vlmos. hec est species sambuci. ⁊ est quam nostri rustici loricem vicunt.

Unguentum alhariel. ℞. alhariel. recētiuz. ʒ. x. assungie porcine. ʒ. xlv. teran tur simile ⁊ dimittātur marcescere per dies. vij. deinde buliant ⁊ colentur. ⁊ seruetur vnguentum in vitri vase. ⁊ administretur vbi oportet.

¶ Istud vnguentū apud nos non est in vsu. verum vt dictum fuit chirurgici vtuntur ipso sub nomine ruptorij de cantaridibus. ⁊ dicunt ꝙ alhariel sunt cantarides. sine dubio videtur habere eandem virtutem. preterea in fine practice vini florentini. v3. in antidotario habetur vnguentū alhariel. ⁊ ibi ponit ad litteram ꝙ sunt cantaridibus. ergo vnguentum de alhariel est vnguentum de cantaribus. infra apparebit vna alia descriptio sub nomine vnguenti de cantaridibus. sed non erit eadem.

Unguentum rosar. ℞. assungie porcine recē tis quantitatē quam volueris ⁊ lauetur in aqua calida nouies. ⁊ tantundē cum aqua frigida lauatione vltima. deinde terātur cū ea rosarū rubea rum recentium quantum ipsa. ⁊ dimittant marcescere per dies. vij. deinde coquantur cum facilitate. ⁊ colētur. ⁊ iterum tantundem rosarum terantur. ⁊ dimittātur per alios septem dies ⁊ fundantur super ipsum suci rosarū circiter partem. ʒ. olei amigdalini partes. vj. ⁊ iterū coquatur cū facilitate vsq; ad suci consumptionem. deinde reponatur ⁊ administretur. ⁊ quandoq; disrumpitur in aqua rosata parum optj. ⁊ proijcitur in decoctione. ⁊ est mirabile. vbi oportet. ⁊ proprie quando vigilie adsunt.

¶ Istud vnguentum est in vsu. dicitur autem rosatū propter rosas quas reperit. Dia. rosa aquosa colore mixta ē. due generantur in ea qualitates alterne. scilicet stiptica ⁊ amara. flores autem eius plus sunt stiptici. ⁊ ideo plus deficcatiui.

¶ Assungia porcina pinguedo est satis nota. Serap. ex auctoritate Gal. ait in cap. de pinguedine. quādo animal est humidum generatur in eo pinguedo. sicut porcus. ⁊ quando est siccum generatur in eo adeps sicut thaurus. capra ⁊ alia que habent cornua. Dia. in ca. de assungis cum tunica ait in illo cap. de confectio. que fine sale est pessarijs miscetur assungia porcina ⁊ vrsina conficitur sic vt docet ibi.

Unguentum violatum valet ficut rosatuz ⁊ confert pleuresi ⁊ inflāmatiōi pectoris. ⁊ fit sicut vnguentum rosatū. hoc apud nos non est in vsu vt est rosatum.

Unguentum basilicon magnum. Recipe cere albe. refine. ℞. rasine pini. septvaccini. picis. ℞. naualis. glutinis olibani. mirre aā. ʒ. j. olei quantum sufficit in alio cere. ʒ. iij. ⁊ aliorum ana. ʒ. j. ß.

¶ Istud vnguentum est in vsu. maxime secundum istam descriptionem. aliud vero quod dicitur minus nōn tantū Auicenna in quinto canonis habet duas descriptiones sicut habet Mesue. sed non concordant cum istis. verū differunt parum dicitur autem basilicō. nō ꝙ basilicon. i. ozimum ingrediatur. sed secundum quosdam dicitur basilicon suo compositore. nam basilicon seu vasilicon interpretatur regale seu imperiale nam greci vasilea regem seu imperatorem dicunt. inde basilicon vnguentum regale est terafarmacum.

¶ Gluten olibani. i. thus. quidam autem crediderunt ꝙ per gluten olibani intelligerentur due res. v3. per gluten terbentina. ⁊ per olibanum thus. ⁊ hoc approbant. quia Auicen. ibidem habet loco eius glutinis alimbac. idest terebentina. sed veritas est ꝙ per gluten olibani intelligitur solum thus. quod satis est notum. sed Leonardus de preda palea in cap. de cura vlcerum in generali. ibidem habet glutinum albotin ⁊ olibanū. ergo debemus ponere in isto vnguento terbentinam. ⁊ thus quia satis cōuenit. tamen secundum intentionem Mesue solum thus debet poni.

Unguentum de bdelio. ℞. bdelij. ʒ. vj. euforbij. ʒ. iiij. castorei. ʒ. j. serapini. ʒ. iiij. cere. ʒ. xv. olei sambucini. aut olei de cypri. ʒ. x. bdeliuz ⁊ serapinum dissoluantur in aqua ruthe agrestis. i. armole. cetera liniantur cum aqua calida. ⁊ fiat vnguentum ⁊ liniatur cum eo.

Istud vnguentum est in vsu.

Bdellium est gummi arboris que nascitur in terris arabum ⁊ melius ex eo est illud quod est amarum. clari coloris in se non habens ligna nec sordes.

Unguentum filagrios ad spasmum. Recipe cere. ʒ. iij. ysopi humide. suci ruthe agrestis ana. ʒ. ij. euborij. pipis armoniaci. croci. olei balsami. castorei. glutinis alimbac. idest terebentine. opponaci aā. ʒ. ij. stigie. idest storacis liquide. ʒ. ij. ß. olei quantum sufficit.

Unguentum aureum. ℞. cere citrine. ℔. vna lis. ʒ. vio. olei boni lib. ij. ß. terebentine. ʒ. ij. refine colofonie. ℔. picis grece aā. ʒ. j. ß. olibani mastices ana. ʒ. j. croci. ʒ. ß. misce ⁊ fiat vnguentum.

Istud vnguentum est in vsu. dicitur autem vnguentum aureum. quia est optimum ⁊ excellentius inter alia vnguenta. sicut est aurum preciosum inter metalla. Leonardus de preda palea in capitulo de vlceribus ambulatiuis habet vnam aliam descriptionem. sed non est eadem. Nicolius florentinus in libro secundo in capitulo de maturatione variolarū ⁊ cura ipsarum post apparitionez inquit sic. ⁊ quandoq; cōfectio vnguenti de cerusa ⁊ litargirij. ⁊ vnguenti rubei est bona ad vlcera variolarum. ⁊ hoc vnguentuz est illud quod ponitur in antidotario. ⁊ hoc vocat ibi vnguentum aureum. hoc ego ignoro. quia Auicenna in quinto canonis habet vnguentum rubeum. quod idez nō est. Gilibertus de anglia in capitulo de cura arthetice. secundū magistros habet vnā descriptionē vnguenti aurei. sed non est eadem.

Unguentum de cerusa ad flegma salsum. ⁊ scabiem siccam. Recipe cerusse. merdasengi. ana. ʒ. vj. plumbi adusti. scorie argenti. ana. ʒ. iiij. masticis. olibani. ʒ. ij. ß. ol. ℔ rosati. ⁊ aceti quantum sufficit. terantur in mortario ⁊ ponatur prius oleum post acetum. ana. parum infundendo. ita quod sine intermissione teratur. nūc hoc nūc illud ifundendo donec inpinguetur. si autem eo indiget pruritum habens argēti viui. ʒ. v. adde ⁊ administra. ⁊ quandoque apud necessitatem adde ziniar. ʒ. ij.

Istud vnguentum est in vsu. solum sub nomine vnguenti de cerusa ad flegma salsum. sed quādo medicus ordinat vnguentum de cerusa simpliciter intelligitur vna alia descriptio que inferius apparebit. Bartholomeus montagnana in suo antidotario habet vnam aliaz descriptionē: sed non est eadem nec in vsum venit.

Cerusa ꝑm Auic. est cinis plumbi. aut alaunoch. ⁊ tamen in ea que fit ex alaunoch. multum elaboratur in adurendo fit afreng. ⁊ acquirit superfluam subtilitationem. quādoq; vero fiunt omnes cerusse cum aceto. ⁊ quādoq; cū salibus ⁊ quādoq; fiunt pluribus modis ꝑm ꝙ scitur in libris huius artis. Leonardus de preda palea in capi. de inflammationibus ⁊ veficis inquit. cerusa idest blaca.

Merdasengi idest litargirium sicut inuenit apud Aueroym in quinto col. Auicēna in secundo canonis ait. merdesen est plumbum adustum. ergo litargirium secundum Auicennam est plumbuz adustum. tamen hic aliud intelligitur. quia ibi ingreditur merdasengi. ⁊ plumbum adustū. que idem non sunt. Leonardus de preda palea in capitulo de inflammationibus ⁊ veficis in quodam vnguento inquit. merdasengi. i. litagiriuz ⁊ sic bodi: loco merdasengi litargirium ponunt. plumbum adustum secundum Auicen. in secundo canonis est merdesen. i. litargirium. sed hic aliter intelligitur. Gal. in libro secretorum in cap. de squinantia ait. merdasengi. idest plumbum. plumbum vero vena est terre similis antimonio ac litargirio. ⁊ satis notum est. ⁊ modus adustionis eius superius habitus est.

Scoria argenti ꝑm Serap. ex auctoritate alcanzi est stercus argēti. ⁊ est bona scabiei ⁊ pruritui. quidam litargiriū putauerunt quod nō est. liber qui dicitur bulchasis in tractatu primo inquit. doctrina qualiter adutuntur scoria argenti ⁊ auri ex libro almeramir quibus vtimur in colirijs

Recipe de scoria cabrusie quantum vis. ⁊ tere ipsam grosso modo. ⁊ confice cum melle ipsam. ⁊ pone ipsam in vase ficili nouo. ⁊ fac vt ibi docet Auicē. in capitulo de ere de calcabrussi loquitur.

¶ Argentum viuum aliud est minerale aliud artificiale. artificiale conficitur ex minio ⁊ cinabro. minerale autem inuenitur in mineris metallorum. ⁊ propter id inter genera metallorum est positum. quorum species metallorū secundum Isidorum sunt septem. ℔ aurum. argentum. plumbum. stannum. eo. ⁊ argentum viuum. ⁊ ferrum. quidam posuerunt argentum sublimatum. cerusam ⁊ litargirium inter genera metallorum. Gilibertus de anglia in capitulo de cura lepre in generali dicit. ꝙ fit de mercurio idest argento viuo. hoc autem cōseruatur in vasis plumbeis. aut vitreis aut in vasis de terra vitreata. aut in veficis. quia alia vasa corrodit. ⁊ ipsum computantur inter venenosas medicinas.

Unguentum egyptiacum m agnum. ℞. flores eris. auř. v. mellis auř. xiij. aceti fortis auř. vij. coque super ignem donec inspissetur. ⁊ sunt qui addunt in eo olibani mascul triti auř. ij. ß.

¶ Istud vnguentum est in vsu. maxime ꝑm istā descriptionem Rasis in lib. diuisionum in fine in cap. de medicinis algebra habet vnam aliam descriptionem que est quasi eadem. Leonar. de preda palea in cap. de vlceribus profundis habet vnam aliam descriptionem que eadem est. Forma autem istius vnguenti efficitur in colore rubeo. nā qñ flos coquitur colorem rubeum acquirit.

Unguentum triafarmacum. ℞. litargirij triti sicut alcohol. i. subtiliter. sicut athomi solares partem vnā. ⁊ funde super ipsuz nunc oleum. nunc acetum. ⁊ teratur. ⁊ adequat. ⁊ proprie quantum sufficit. ⁊ administretur.

¶ Istud vnguentum sub isto nomine non est in vsu. verū secundum chirurgicos est in vsu sub nomine vnguenti de litargirio. tamen inferius iterum apparebit descriptio vnguenti de litargirio qua generaliter vtimur. dicitur autez triafarmacum a tribus medicinis que in ipso ingrediuntur. Auicenna in quinto canonis habet descriptionem vnguenti nigri. ⁊ eadem est hunc.

Unguentum alfesericon relatum ad alexandruz. Recipe cerusse. litargirij. alfesericon. aloes boni croci. argenti viui extincti aā. partes equales. olei de oleandro. ⁊ aceti quantum sufficit fiat sicut vnguentum de cerusa.

¶ Istud vnguentum non est in vsu. Aui. in secundo canonis de ipso facit cap. sub nomine fasuricon dicit. ꝙ est medicina ad scabiem facta ex litargirio calcadis. i. vitrioli ⁊ aceto sine dubio alfesericon est medicamen compositum. cuius descriptionem Mesue inferius describit. ⁊ si facere volueris vnguentum alfesericon similiter oportet facere confectionem de alfesericon.

¶ Oleander apud Diasco. vocatur nereon. Isidorus ait. rodādarum quod corrupte vulgo lorandrum vocatur ꝙ fit foliis laurī similis. florem vt rose. arbor venenata. inter ficit enim animalia ⁊ medetur serpentum vexationibus. descriptionem autē olei ipsius describit Rasis de qua infra erit sermo.

Confectio alfesericon quod est medicamen cōpositum Recipe litargirij albi. calcanti. i. vitrioli viridis. de quo fit encaustrū aā. partē vnā. floris eris partem mediam. terantur cum aceto vehementer forti in sole tempore estiuo fere per diem vnam semper ante modicum addendo acetum. deinde ponatur in vase vitreo. ⁊ stringatur os eius. ⁊ sepeliat in fimo diebus. xl. deinde administretur.

Unguentum palmeum. Recipe olei veteris lib. iij. assungie veteris depurate a sale lib. ij. litargirij. lib. iij. vitrioli. ʒ. iiij. conficiantur sic oleum ⁊ assungie mittantur in stannato supra ignem ⁊ liquefiant. deinde addatur litargirium ⁊ vitriolum. ⁊ ducantur continue cum tribus ramis palme. ⁊ accipe vnum ramum palmarum minutatim incisum. ⁊ introiniciatur ⁊ tādiu bullat supra ignem lentum factum de lignis siccis donec insletur ⁊ redeat ad suuz statum ⁊ inspissetur ⁊ densitatem habeat.

¶ Istud vnguentum non est in vsu sub isto nomine. verū est in vsu apud chirurgicos sub nomine vnguenti de colcotar. ⁊ sic sine dubio possunt vti sub nomine. nam vide quod Nicolaus florentinus in libro septimo in capitulo de curatione flegmonis inquit. sic est emplastrum de colcotar. ⁊ est illud quod vocat Serapi. in suo antidotario diapalma. Leonardus de preda palea in capitulo prio de flegmone ait. vnguentum de palma idest de colcotar relatum ab Auic. ⁊ hc est ꝙ Auicen. in quinto habet vnguentum de calcadis. quod quasi idem est de quo infra.

Unguentum de flore eris in suo grabadin in capitulo de vulneribus nartū. Recipe cere. ʒ. iiij. olei antiqui vel facti ex oliuis immaturis. idest olei onfancini. ʒ. xvj. floris eris puluerizati sicut alcohol idest subtiliter. ʒ. ij. fiat ex eis. ⁊ vrere cum licinio. ⁊ quandoq; additur ⁊ minuitur ex flore eris secunduz qd exigit necessitas.

¶ Istud vnguentum non est in vsu Auic. in quinto canonis habet vnam aliam descriptionez que eadem est. nisi solum in vno. ⁊ hoc est ꝙ Mesue non ponit refinam. Auic. vero sic in reliquis idem sunt. Joannes Serap. in suo antidotario habet vnguentum de ziniar. quod est idem cum vnguento de flore eris apud Auicen.

Flos eris secundum Simonem ianuensem non est virde eris. verum hodie ponunt loco eius. quia reperitur in multis locis vbi vnus doctor habet florē eris in vno alio loco habet viride eris. nam vide rasim fi es de calcādo vbi habet ziniar idest viride eris. Gulielmus placentinus loco eius habet florem eris. Petrus de argillata in capitulo de medicinis mundificatiuis vel absterfiuis in vnguento apostolorum habet. Recipe viride eris. Auicenna in quinto idem habet. Recipe floris eris. Item Joannes Serap. in suo antidotario habet vnguentum de ziniar. Auicenna in quinto canonis habet vnguentum de flore eris quod idem est. ⁊ sic hodie vnum pro alio ponunt. Sera. dat modum eius sicut appebit infra in emplastro apostolicon ⁊ c.

Unguentum alabastri. nardi spicati. secundū Nicolaum. Recipe laurine viridis. ʒ. v. hedere terranee. viridis. mille folij. artemisie. idest matris herbaruz. galle cupressi. fenugreci. herbe benedicte seminis lini. rorismarini. omniū octo. ʒ. vj. pone hec omnia simul trita in aque sextarijs duodeciz ⁊ dimitte macerari vsq; ad tertium diem. postea adde olei sextarios quinq; diligenter cū cautella tandiu quoq; vsq; quo ad oleū perueniat remota aqua remoto vero ab igne. ⁊ colato per sacculum nitidum adde cere. ʒ. vij. colofonie terbentine galbani. masticis gummi. hedere. refine. olibani. mirre. ana. ʒ. v. storacis calamite. cozumbri. spice nardi. omnium trium ana. libr. vnam balsami. ʒ. iiij que terenda sunt tere que liquefiēda scilicet liquefac in simul mixtis omnibus diu agitando cum spatula misce. deinde vsui reserua ⁊ c.

Istud vnguentum alabastri est in vsu. Appellatur autez vnguentum alabastri nardi. non quod alabastrum ingrediatur. hodierni autem vtuntur vnguento alabastri. ⁊ in eo ponunt alabastrum quod est genus marmoris. sed non recte. quia ex meo iudicio alabastrum in hoc nō debet ingredi. nam hoc vnguētum inuenitur in libro septimo Gilberti anglici in capitulo de retentione menstruozū quod alabastrum non habet. Mapias vero ait. alabastrū genus marmoris. vnde fit vas in quo de intus vnguenta conseruantur. ⁊ ideo pro vnguento ponitur. nam sine dubio hoc dicitur alabastrum quia ipsum cōseruari debet in vno vase facto ex alabastro. preterea vide in passione domini nostri Jesu christi. secundum Marcum vbi dicitur. ⁊ cum esset Jesus betanie in domo Simonis leprosi ⁊ recumberet venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi. ⁊ fracto alabastro effudit sup caput eius. ⁊ hoc est illud vnguentum in quo vtebātur Maria ⁊ Martha

sorores. vnde per hoc vide apud Leonardum de preda palea in capitulo de casu ⁊ offensione propria doctrina vbi sic ait. nota de vnguento alabastro quod operatur mirabiliter in confusione ⁊ attritione ⁊ casu offensione. ac etiam in verberatis ⁊ flagellatis ⁊ tortis cum tortura. ⁊ similibus ⁊ vocatur vnguentum alabastrum nardi de spica nardi pretiosa. quia romani a hierusalem attulerunt tempore quo dominus noster Jesus Christus crucifixus fuit. Bonum ⁊ probatum in omnibus febribus ⁊ rigoribus ⁊ calculosis doloribus lumborum petram de vesica rumpit. renum dolorem auferet. ⁊ emigraneum dolorem amputat casibus matricis optime subuenit. Maria ⁊ Martha sorores Lazari hoc vnguento vse fuerunt omnibus diebus vite sue. Scias autem q̃ veritas est q̃ hoc vnguentum dicitur alabastrum nardi spicati. qz conseruatur in vase alabastro. propter spicā nardi quam recipit. ⁊ dicunt sapientes q̃ hoc potest dici vnguentum de spica nardi conseruato in vase alabastro.

¶ Sauine viridis. i. recentis.

¶ Hedera apud Diascoridem vocatur scissos. Plini. hedera species habet tres. candidam. nigram. ⁊ elix. ⁊ he in species alias diuiduntur. Salienus in libro ad partenianum ait. hedera nascitur in diuersis arboribus. parietibus vel petris. ⁊ terra. sed hic intelligitur de illa que in terra reperitur. que satis est nota de qua antiquitus coronabantur poete. vnde Virgilius in bucolicis. Pastores hedera crescentem ornate poetam.

¶ Galla cupressi scilicet fructus. eius qui aptus est in medicina. Jsidorus in capitulo de propriis nominibus arborum inquit. cupressus grece dicitur. q̃ caput eius a rotunditate in acumen erigitur. vnde ⁊ canon vocatur. idest alta rotunditas. hic ⁊ fructus eius conus. quia rotunditas eius talis est vt conum imitetur. vnde conifere ciparissi dicuntur. huius lignum cedro pene proximam habet virtutem templorum quoq; trabibus aptum. impenetrabili soliditate. nunq̃ oneri cedit. sed ea qua in principio fuerit firmitate perseuerat. Antiqui cupressi ramos propterogum constituere solebant vt odorem cadauerū dum vrerentur comprimerent iocunditate odoris sui.

¶ Millefolium est herba que omnibus nota est. Diascoridis mirtofilos siue vt latini mille folium idest supercilium veneris. nascit in palustribus locis. tirsum habet ex vna radice mollē ⁊ subruffum. ⁊ quasi manibus linitum. ⁊ folia similia feniculo. Plini. mirtofilon quod nostri millefolium vocant.

¶ Herba benedicta secundum compositorem est fu. que alio nomine valeriana vocatur. Simon vero ianuēsis ait. terra benedicta in antidotario olim in vnguēto alabastri. quod ignoro. verum est q̃ Gilibertus loco herbe benedicte habet terram benedictam. sed Leonardus habet herbā benedictam. ego vero ignoro quid sit terra benedicta. sed herba benedicta est valeriana quam meo tempore vidi apponi in hoc vnguento.

¶ Rosmarinus secundum Diascoridem est libanotides. secundum vero Serapionem est arbor marie. de qua miror q̃ ipse Serapio in suo breuiario in capitulo de emoroidibus inquit. q̃ arbor marie est arthanita. quod nō recte dicitur ab aliquibus corona montis vel mōtana. eius flores alchilil dicuntur. vnde zuccarus alchilil idest de floribus rosismarini.

Sextarium vero ꝑm compositorem Auicen. Serap. est pondus sex dragmarum. ⁊ danich duorum ꝑm Gentilem est pondus. ʒ. sex. Leonardus idē inquit. sextarius est pondus aur. iij. aureus vero est quarta pars vncie. ⁊ in vncia sunt octo dragme. hodierni vero generalis quando reperiunt in receptis sextarium vini vel aque intelligunt duas lib. cum dimidia. sed per sextarium piperis vel cinamomi sex dragmas intelligunt. deus melius scit.

Colofonia idest pix greca. Dinus florentinus in primo libro in capitulo de eruptionibus exiturali bus ait. picis pece. idest pice grece. Item circa instans. colofonia. idest lix greca. est autem gummi cuiusdam arboris que in greca reperitur. vnde pix greca dicitur etiaz. reperitur in aliis locis. Pli. vocat eam briciam dicens. bricia fit epicea rasina. in hispania autem e picea nostris minime laudata. est enim resinarum amara. ⁊ arida. graui odore. vnde resina frixa. pis bricia. pix romana. colofonia idem sunt.

Cozumbrum ꝑm compositorem est censura iudeorum. vel timiamatis. vel rhus iudeorum. Leona. ibidem inquit cozumbrum sunt feces storacis liquide. ergo cozumbrum est storax rubea qua vtuntur iudei in ecclesis pro fumigatione. etiam cozumbrū potest dici quod interpretatur omne fumigium odoriferum.

Spica nardi. idest aromatica. istud vero vnguentum dicitur alabastrum nardi propter spicam nardi quam recipit in multa quantitate. ⁊ conseruare debes in vase facto ex marmore dicto alabastrum.

Balsamus idest opobalsamum. naz opos est balsamus vel vt lac. ⁊ similiter oposici vocatur lac ficulnee ab ipsa. Plinius autem ait. sed omnibus odoribus prefertur balsamum vni terrarum iudee concessum quondam in duobus tantum hortis vtroq; regio altero iugerum. xx. non amplius. altero pauciorum. ostendere arbusculam hanc vrbi imperatoris Vespesiani clarumq; dictu a Pompeo magno in triumpho arboris quoq; diximus. seruit nunc hec ⁊ tributa pendit cum sua gente in totum. alia est natura quam nostri externi que prodiderant. hoc pretiosiz est. in nostris partibus raro inuenitur. sed infra describam quedam olea que possunt poni in omni loco vbi ingreditur balsamus.

Unguentum martiaton ibidem. Recipe cere albe libr. ij. olei lib. viij. rutbe. ʒ. vij. maiorane. ʒ. vj. tamarisci. ʒ. vj. esbrij. rosismarini. foliorum lauri ana. ʒ. viij. sauine. idest bracheos. balsamite. lilisagi. oziminidest herbe que basilicon odoriferuz vocatur polij idest polij montani. calamenti. arthemisie. enule. betonice. brance vrsine. spergule. herbe venti. pimpinelle. agrimonie. absinthij. herbe paralesis. herbe sancte marie. cinarum sambuci. herbe grassule. millefolij. semperuiue. camedreos. centumneruie. centauree. fragule. quinq; foliij. tetrait ana. ʒ. iiij. ʒ. radicum eulsci. cimarum mirti. idest foliorum mirtilorum. ana. ʒ. iij. fenugreci ℥. j. ʒ. butirt. ℥. j. ʒ. ij. vrtice violarum papaueris nigri mentbe saracenice. ⁊ alle mentbe lapacioli politrici. carduncelli. matrissilue. maturelle. herbe muscate. aleluie. lingue ceruine. crispule camphorate. storacis. calamite. medulle ceruine. aā. ℥. ʒ. adipis vrsi. adipis galline. masticis. ana. ℥. j. thuris. ℥. ʒ. olei nardi ʒ. ij. colligātur omnes herbe in mense madij. ⁊ in vno die aut in duobus si potest ab hora tertia vsq; ad meridiē conficiantur sic. herbas tritas diebus septem in optimo odorifero vino infunde. octauo autem die coquantur lento igne. ⁊ cum vinum aliquantulum inceperit consumari addatur supradictum oleum ⁊ buliant donec herbe incipiāt dimitti. deinde studiose colentur ⁊ proiectis herbis iterum super ignem ponantur ⁊ cum bulire inceperit ponatur storax ⁊ cum modicum bulierit ponatur butirum ⁊ assungia contusa ⁊ oleum nardinum idest de spica nardi. ⁊ mastix. ⁊ olibanum. ⁊ postea cetera. ⁊ cum cera liquefacta fuerit bene cum spatula semper agitando ab igne deponantur. ⁊ cum coagulatum fuerit in vase reponatur.

Jstud vnguentum martiaton dicitur a martiatone peritissimo medico a quo fuit inuētum. hoc apud multos apothecarios in vsu est. ʒ pauci sunt apothecarij qui ipsuz faciant. immo emunt a merchatoribus Januensibus. ⁊ hoc aduenit. quia ibi ingrediuntur multa simplicia que difficilia sunt inuenirī. ʒ ego cōsideraui dicens. si in partibus ianue ac in alijs faciunt. nōne idē possumus cōponere nos nā sine dubio idē nos possumus componere. ⁊ melius. qz ego fui in partibus ianue. ⁊ interrogaui apothecarios qui cōponunt predictū vnguētū qui in multis simplicibus erant. ⁊ ponūt in eo quid pro quo idest vnaz rem pro alia: sed ego taliter agam q̃ nos. ⁊ alij apothecarij facere poterunt. Gilibertus de anglia in capitulo de cura artetice ꝑm magistros habet vnā aliam descriptionem que eadem est.

eandem habet Leonardus de preda palea in capitulo primo de contusione ⁊ attritione.

¶ Rutbe. ſ. rutbe domestice. hec satis nota est. Secunduz circa instans: si quis est totus circūdatus rutha viridi secure potest accedere ad interficiendū basiliscū: sed hoc credo q̃ apud ipsum nunquam fuit probatum nec apud me.

¶ Maiorana herba est satis nota. hec est quaz Dia. sansucum vocat. Pli. amaracū. Diocles medicus ⁊ siculagrus appellaucre quod egyptus ⁊ siria sansucuz. Jn hac sunt diuerse opiniōes. nā Gili. loco eī hz armōiacū. Leonar. nō habet maiorānam: nec armonincum: ⁊ sic meo tempore vidi facere ipsum sine maiorana: ⁊ sine armoniacorramen fac vt tibi placet.

¶ Tamariscus apud Dia. vocatur mirica. Pli. murseem in italia nasci quā tamaricem vocant certum est achia aut brion siluestrem insignem: ⁊ quod eam satiuā tantū ferat cui galle similis fructus i siria ⁊ egypto copiosus. Gal. in libro. ad partenianum inquit. miricas fructiculum afferre mollem: frangibilem ⁊ veluti floze tantū egypto quidem similem galle. huius igitur sucus in qua fuerit coctꝰ pediculos occidit: ⁊ culices ⁊ pulices fugat. Hec apd nos iuxta aquas nascitur.

¶ Esbrium secundum compositorem est flos salute. secundum vero Matthe. siluati. est maiorana: quod non creditur. nam Leonardus loco eius habet flores salute: quod idem est.

¶ Balsamita idem habent alii: est mēthe aquatica seu sinfibrinum. in hac errauit translator Auic. in secundo cañ. in capitulo de nemen dicens. q̃ nemen est sinfibrium. qd̃ non est. nam nemen apud Serap. est serpillum. Balsamita vero siue mentha aquatica est herba habens folia similia folijs menthe: sed maiora cum flore celesti. iuxta aquas nascitur. Multi autem ignorantes apothecarij credunt: sed non recte: q̃ balsamita sit quedam herba inuoluens circa muros quam nos vulgo balsaminam dicimus: sed aliud est suum vero nomen de balsamina in latino est dictum memorādita ⁊ c.

¶ Lisifagus idest saluia. vnde Macer. Lisifagus grece: ʒ saluia dicta latine. Dia. elisfagus: aut lilisfagus: aut fagnō. Pli. bechion que ⁊ saluia dicitur: alias tussilago. duo eī sunt genera: siluestris vbicunq; nascitur sub cē aquas crescunt. ita altera a quibusdā saluia appellat filis verbasco.

¶ Calamentum est herba satis nota. Jsidorus mētha agrestis quā greci calamentū nostri vulgo. nepta; vocauerunt est maioris virtutis ⁊ vehemens in calore.

¶ Brancha vrsina secundum Petrū de crescētijs calida est ⁊ humida in primo gradu virtutē habet molliendi secū dum moder. due sunt species: quarum vna habet folia magna: sicut folia caulis: sed incisa sicut brāchā vrsi. i medio eorū stipes: in cuius capite sunt multi flores purpurei spinosi ⁊ conclusi. hec vero nascit in mōtibus i locis vmbrosis. Altera vero species habet folia similia folijs paritorie: sed longiora: ⁊ in ipsis folijs oriunt flores conclusi: sicut priores purpurei: ⁊ quando siccātur efficiunt spinosi. hec apud nos iuxta hortos inuenitur: ⁊ ponitur hec si habere non poteris priorem.

¶ Arthanita secundum Auic. in secundo cañ. est buchormarien. tamen miror q̃ idem in tertio canonis in fen. xvi. in capitulo de compositione solutiuorum eius qui habet colicam ex ventositate aut materia flegmatica. de quibus fiunt clisteria ponit ibi buchormarien ⁊ arthanitam. ergo falsus est textus secundi canoñ. Rasis in nono Almansoris in capitulo de colica idem in capitulo de poplesia in clisterijs idem habet. Auicen. autem in secundo cañ. dicit arbor marie est buchormarien. ⁊ iam dictu est de ea. ⁊ est trium specierum. vna species eius sine fructu ⁊ due cū fructu. ego non intelligo quid velit Auicen. per talia verba. nam arbor marie est rosmarinus ⁊ buchormarien ꝑm ipsum est artania qd̃ nō est possibile: error vō q̃ inuenitur in ipso apud me nunq̃z separabitur. hodie generaliter habet opinio quod Rasis in illo loco errauerit ponere buchormarien ⁊ arthanitez: sed non recte qz in hac inuenit differentia que reperit inter scedenegi sine. h. ⁊ inter schedenegi cum. h. similr est dria inter buchormarien scriptū cum littera. t. inter buchormarien scriptum.

Spargula secundum compositorē est rubea tinctorum minor: ⁊ sic hodie habet similis opinio. Dia. vocat rubeā ⁊ ingt rubeā quā alij erithordanum: latini vero rubricam dicunt. herba est omnib̃ nota. eius species sunt due: vna agrestis: alia que appellatur sparthos: ramulos siue tirsos habens tenues: ⁊ quasi nodosa folia: per interualla distantia: atq; per singulas enodationes. veluti stellarum imagine mentientia: fructꝰ siue semen rotūdū est. ⁊ viride vbi crubrum. aut circa maturitatē nigrū. radicem habet tenuē. ⁊ paruam. ⁊ rubicundam ⁊ c. hec est forma rubee tinctorū. si autem habere non poteris minorem ponas maiorem. minor vero non est illa herba quam nostri rustici rasparellam dicunt. sed est aliud.

Herba venti. ſ. herba venti maior. ⁊ est paritura. eī species due sunt. ſ. maior ⁊ minor. maior vero ē paritura siue vitriola. siue alisinez. vt apud Dia. siue herba vitri. vt apd Aui. idem circa instās ait. paritaria herba est que alio nomine dicitur virtiola. ga optime vasa mundificat. hec apd nos in muris nascitur. ⁊ dicit a vulgo veraxium. minor vero est cōsolida minor habens florem sicut artetica. ʒ sūt purpurea. ⁊ dicunt sapientes quod vtraque in hoc vnguēto debet poni.

Agrimonia herba est satis nota. apud nos in pratis reperitur. Dia. autem inquit. agrimonia herba omnibus nota que feraria minor dicitur. nascitur in campis vel circa sepes. cuius radix greco nomine eupator. si dicitur eo q̃ diuretica sit valde apud modernos. eupatoriuz est aliud. Gal. in lib. ad partenianum de agrimonia. ⁊ eupatorio in vno cap. loquitur in fine vero ait. huius igitur radicem greci eupatorium dicunt.

Herba paralesis secundu; compositorez ē herba sancti Petri. siue vt alij primula veris. eius species sunt due. ſ. maior ⁊ minor. maior vero est herba sancti petri q̃ in hortis nascitur cum folijs viridibus. parum incisis. hec nota est omnib̃. minor ē illa quā hodie generaliter herbā margaritam dicimus. cuius flos similis camomille est huius. in pratis plurimum est.

Herba sancte Marie secundum eundem est perficaria. seu sanguis Xpi secundum vero Mattheum fil. est herba ad albedinem tendens cum folijs rugosis. sicut herba que dicitur flosinos. idest tussis barbasus. sed non recte dicit. quia si compositor dicit q̃ est perficaria eius forma non est. vt dicit Matheus. preterea Leonardus ait. herba sancte Marie siue perficaria. ⁊ sic est secundum veritatem ⁊ eius forma est. q̃ habet folia similia folijs perfici. intra que sunt puncta nigra apud nos iuxta hortos nascitur. inuenitur alia species que caret maculis. sed hec non est tante virtutis. quidam vocant ipsam zinziber caninum. alij perficariam cum figillo. secundum Petrum de crescencijs. herba sancte Marie est mentha romana vel sarracenica. quod falsum est. Nam in isto vnguento vtrunque ingreditur.

Sambucus est actis. Sera. in capitulo de sambuco ſgt. quod due sunt species. quorum vna dicit in greco actis ⁊ in latino saboca. vult dicere sambucus. secunda nominatur in greco chameactis. ⁊ est eius intentio terrena. vel infima actis. ⁊ in latino dicitur abolas. vult dicere ebul̃. ⁊ est arbor ebuli. vnde versus sambucus est actis. sed ebulus est chameactis.

Herba grassule secundum cōpositorem est faba grassa cuius species sunt tres. ſ. grassula maior. idest faba grassa minor vero est vermiculus. media est cardus benedict̃. ʒ lumen versus tenebra apothecariorum exponit q̃ ē vermicularis. sed falsum est. naz vera grassula est herba habens folia virida ⁊ pingua vt sēperuiua cū flore tendenti ad albedinem. nascitur autē apd nos iuxta fossos ⁊ ē illa quaz nostri rustici vulgo fabā dicunt. sed non recte. quia aliud non est. sed debent dicere fabā grassam. Jnfra apparebit oleum frigidissimum viride ⁊ ibi melꝰ certificabo quod

crassula non est vermicularis: vt dicit lumen maleluceno.
¶ Semperuiua apud Auicen. vocatur succutum. sed non recte: quia succutum est corruptum: ⁊ debet dici simphitum. ergo est consolida maior: sed ipse ignorauit quid esset apud Diasco. vocatur alzon. Macer ait. Diximus accidulam quam grecus dicit alzon. Sic dici credunt sapor illi q̃ sit aceti. inferius idem ait. Altera vero minor species est illius herbe. quam semperuiuam dicunt. quoniam viret omni tempore. herba ioris vulgari more vocatur.
¶ Camedreos est herba dicta apud nos calamandrina. Pli. camedris herba est que latine trizaga dicitur. aliqui camacropem: alij teucriam appellauere.
¶ Centumneruia secundum compositorem ac Silber. est arnoglosa siue plantago maior. hec apud Auicen. vocatur lingua arietis ⁊ est herba quam nostri rustici bletam siluestrem vocant. illud vero lumen fuscum loco centum neruie habet centauream: quod non recte actum est. nam in isto vnguento ingreditur ⁊ centumneruia ⁊ centaurea.
¶ Centaurea scilicet minor: sed lumen maleluceo inquit. centaurea scilicet maior: sed non recte. Nam vide q̃ Macer in capitulo de centaurea ait. q̃ eius species sunt due scilicet maior ⁊ minor. minor vero est melior in omni re. Isidorus centauream greci vocant que a chirone centauro fertur reperta eadem ⁊ limnosios. quia locis humectis nascitur eadem ⁊ fel terre: propter amaritudinem dicta est.
¶ Fragula est herba gerene fragra. Unde Ouidius metamorphoseos. Montana que fragra legebant. ⁊ Virgilius. Qui legitis flores: ⁊ humi nascentia fragra. Apud nos omnes hec nascitur iuxta fossos: cuius fructus comedunt in suo tempore.
¶ Quinque folium. idest pentafilon. Auicenna in secundo canonis duo capitulo facit: vnum de pentafilon: aliud de quinque folio: quod idem est. dicitur autem pentafilon a numero foliorum: quia per singulas anotationes habet quinque folia. Auicenna in capitulo de lacticinio ponit pentafilonem inter species eorum.
¶ Istud vnguētū est illud q̄ generalr vtunt: vez supra ē posita vna alia descriptio: que ē ex auctoritate Bartholomei mōtagnane: sed nō est idē. vez est q̄ hodierni auctores laudāt ēt illā: sed in vsu non est tantū. hec descriptio in partibus mediolanēsibus est multum in vsu.

Unguentum de lapacio. ℞. olei violati. oñ. vj. cere virginis. oñ. ij. succi lapatij in aceto ifusi. oñ. vj. ceruse. litargirij añ. oñ. ij. ⁊. ʒ. ij. cāphor. ʒ. ij. misce fiat vnguētū ⁊ lauet cū aqua solatri: ⁊ optimū est.

¶ Istud vnguētū est in vsu: maxime fm istā descriptionē eius aūt descriptionē nō reperui ab auctoribus: vez ē q̄ ℣ Petrus argillata i ca. de corrosionibus capilloꝝ laudat vnguētū vnū factū de succo lapacij scriptū ab ipso: vt ingt infra in ca. de tinea. ego aūt vidi p̄dictū ca. totum: ⁊ p̄dictū vnguētū nō reperui: vez ē q̄ ipse in illo ca. describit duo vnguēta: ⁊ i vtroq; illoꝝ igredit succus lapacij: sed non habeo certitudinē si sint de lapacio: aut nō lapacium autē est rumex: q̄ apud cēs notū est.

Unguentum p ito q̄ i vsu ē. ℞. mastici. oñ. i. aloes. ℥. ij. gariofiloꝝ cinamomi calami aro. añ. ℥. iiij. aq̄ rose ⁊ vini citonioꝝ. añ. ʒ. iij. olei masti. ʒ. iiij. cere q̄tū sufficit ⁊ fiat vnguē. q̄ ē bonū ⁊ expti.

Unguentum citrinū vsuale q̄ in colore citrinū efficitur. ℞. terbē. olei cōis añ. oñ. vi. rase pini. oñ. iiij. cere citrine. oñ. iiij. ʒ. gummi elemi. oñ. ʒ. misce ⁊ fiat vnguentum fm artem.

Unguentum ad scabiē quo si plāte pedū ⁊ manuū vngātur oēm scabiē delet. ℞. olei laurini. oñ. iij. thuris albi: cere munde. añ. ʒ. ij. argenti viui mortificati: cū saliua. oñ. ij. pinguedinis porci mūde. oñ. v. salis cōis triti. oñ. viij. succi plantaginis: ⁊ fumiterre ad libitū oia misceātur: ⁊ fiat vnguentuz ⁊ est mirabile.

Unguentum mollitinū quo vtuntur veneri. ℞. mucilaginis altee mucillaginis fenugreci ⁊ mucillaginis seis lini. añ. oñ. vj. litargirij auri lib. ij. terbē. medule crurisvace. añ. oñ. iij. cer. oñ. iiij. ireos pulverizati: olei seis lini. li. ij. ʒ. misce ⁊ fiat vng. i bōa fōia.

¶ Utilis tractatus de vnguētis coadiuuante vniversi orbis p̄ditore feliciter expletus est segtur nūc ~~tractatus de~~ emplastris ~~super antidotarium. d. Mesue ac aliorum~~ doctorum in sacra medicina scribentium.

Emplastrum diaglon magnū. ℞. litargirij mūdi triti ⁊ cribellati. oñ. xij. olei trini. i. de ireos: ⁊ camomelini: ⁊ anetini. añ. oñ. viij. mucillaginis seis lini: mucillaginis fenugreci: ⁊ radicū altee: ⁊ mucillaginis: ficū pinguiū: mucillaginis passulaꝝ: ⁊ succi ireos: ⁊ succi squille: ⁊ ysopi humide: ⁊ glutinis alchanac. añ. ʒ. xij. ʒ. terbentine: oñ. iij. refine pini: ⁊ cere citrine. añ. ℥. ij. ofīciātur hoc modo. litargirū: ⁊ suprascripta olea diu in mortario lapideo cuz pistello ferreo p̄quassentur. per spaciū medie hore: deinde buliant sup ignē lenē cū facilitate semp agitādo cū spatula donec coagulet totū tūc deponat ab igne ⁊ dimittatur ifrigidari: deinde. ℞. mucilagines ac alia ⁊ simul mixta buliāt donec efficiat eiⁿ forma dura: deinde ab igne deponat ⁊ ponat sup marmor ⁊ fiat i magdaleonib⁹ zacharie acgrit ei ex ōcoctione vt descēdat a mollitie ⁊ accedat ad spissitudinē vnguētoꝝ ⁊ liniatur in pāno ⁊ superponatur vbi oportet.

¶ Istud emplm ē i vsu. maxīe fm istā descriptionē ipse autē Mesue intulat hoc emplm diaglon: sed fm moderuoꝝ opinionē dz dicere diachylō. i. cōpositio facta ex mucillaginib⁹ ⁊ succis: ⁊ pp hoc a multis dī cerotū de mucillaginib⁹ sine gūmis: aut diaglon gūmis. ⁊ fic si bñ legis expōnes oīonū doctoꝝ videbis q̄ emplm diaglon magnū: ⁊ cerotū de mucillaginib⁹: ⁊ vnguētum diaglon sine gūmis: idē sūt: ⁊ q̄ nō credit videat in antido. Jo. Serap. q̄ dicit vnguētū de mucillaginib⁹ ⁊ ē diaglon: idē dicit gētilis sup quinuz canō. Avi. magr ℣ Petrus argilata in cap. de scrofulis ponit vnguētū diaglon q̄ idē est: ⁊ ibi docet ipsum ofīcere cū gūmis. de quo infra supra est positū vnguētuz de mucillaginib⁹ ex auctori. Barth. mōtagnane: q̄ pōt fieri p diaglon sine gūmis. Scias autez q̄ generalr apothecarij maxīe apud nos faciūt emplastra in forma molli ⁊ cerota in forma dura de quo apothecarij neapolitani admirātur: q: ipsi faciūt ptrarū: nā emplā faciūt i forma dura ⁊ cerota in forma molli. Z eo nardus de prēda palea in cap. de vlceribⁿ pfundis ponit emplastrū diafinicon descriptione Glerādri: sed dī emplastrū. i. dura ofectio. eadē est opinio Micholai.

¶ Gluten alchanac siue alchamech siue alzanac q̄d sit generalr ignoratur vere nunquā vidi nec audini ab aliquo vidisse auctoriz auctēticuz de eo mētionē facere. vez fm ꝓsuetudinē apothecarioꝝ est colla piscū: q̄ nō nego nec affirmo. certe in partibus rome dictū fuit mihi q̄ in rei veritate glutē alchanac est q̄dā viscus q̄ reperitur in arabia sup arborē asse fetide: tū de⁹ sit magr ℣ Petrus argilata: q̄ sepe ⁊ sepius vtit isto vnguēto q̄ ipse describit i cap. allegato: ⁊ ibi loco glutinis alchanac ponit viscuz cū quo capiunt aues: ſz nos intelligimus viscū quercinuz q̄ euenit in isto casu: tū ego nō affirmo q̄d sit: sed generaliter loco eiⁿ ponitur colla piscium: sed ītētio nꝝ cirugicoꝝ viscus quercinus ēt valet. Si aūt facere volueris vnguētū diaglon seu emplm de mucillaginib⁹ cū gummis oz facere: vt docet magr ℣ Petrus argilata in ca. allega. vbi sic ait i fine ōscriptiōis dicēs. ofīciat sicut ipse Mesue docet i antidotario: ⁊ fic cū istis addat bedelium serapinū armoniacū. añ. oñ. i. erit diaglon gummatū sine cum gūmis aut cerotū de mucillaginib⁹ sine gūmis illas tres gummas quas noiaui: tunc erit diaquilon cuz gummis.

Emplastrum de granis lauri. ℞. olibani: masticis mirre añ. oñ. i. granoꝝ lauri oñ. ij. ciperi: costi añ. oñ. ʒ. mellis collati. q. s. ad aggregandum extēdatur in pāno: ⁊ calidum supponatur vbi opz: si autē triplr cipeꝝ ⁊ de stercore vacarū aut capraꝝ sicco ad pōdus oīum inuenitur mirabile ad hydropisim.

¶ Istud emplm ē i vsu tū nō valde. ℣ Petrus de crescentijs ingt. laurus ē arbor satis magna. cuⁿ frōdes sunt late ⁊ lōge: ⁊ folia sp virida odorifera valde: q̄ arbor: bacbus fac: q̄ sunt fructⁿ pui nigri: quoꝝ magnitudo ē sicut auelane pue sup q̄s sunt cortices nigri subtiles q̄ cōp: essiōe frāguntur i duas ptes: ⁊ ille sunt q̄ cōpeunt medicine.

Emplastrum de galia. ℞. galie muscate: squinanti añ. ʒ. i. ʒ. ramich: sumach. acatie: poquistidos: laudani: galaꝝ nō pforataꝝ calami aro. rosaꝝ ⁊ seis eiⁿ: q̄ antera a multis modernis dī: sandaloꝝ alborū ⁊ albeoꝝ: masticis: xiloaloes. i. ligni aloes: gario. spice nardi: olibani: mirre: costi: cipi absinthij. añ. ʒ. ij. fiat eoꝝ ꝓtritio bona: deide accipe: succi folioꝝ: mirre humide: folioꝝ lauri: aque rosate ⁊ vini pōtici añ. on. i. ʒ. ⁊ submerge in eis calefactis tonellaꝝ de seni. ʒ. iij. daculorū siccoꝝ numero. xij. dimittātur per die ⁊ nocte: deinde terantur ⁊ fiat sicut pulvis ⁊ misceatur cuz mue aromatice. i. cū spēbus. oñ. iij. aut. iij. gūmi assi. s. gummi ara. ʒ. vij. coquātur oia lento igne vsq; ad spissitudinē mellis

deinde aggrega cuz puluere rerũ ⁊ tere dia in mortario donec fiat totũ viscosum: deinde lini ex eo super lamina ⁊ suffumiga cum ligno aloes ⁊ epithimetur cum eo.

¶ Istud emplm non est in vsu. dixerunt autẽ q̃ appellatur emplastrũ de galia propter troc. de galia quos recipit alij dixerunt qd̃ dicitur de galia: q: in galia puncta repertũ fuit: ⁊ vtitur ipso Bartholameus montagnana i suo antidotario hz vnguẽtũ de galia muscata q̃ i vsu ñ ẽ.

¶ Ramich vero est quedã ꝓfectio facta ex varijs reb⁹. ⁊ reducta ad formã trociscoꝝ sicut apparuit supra. galla scz galla asiana gallaꝝ alie sunt perforate alie non: sz perforate: sunt magis laudate in medicinis quod pforate: circa instans aut galla est fructus quercus. quedã inuenitur grossa ⁊ lenis ⁊ pforata que modicũ valet: alie reperiuntur i asia ⁊ africa: ⁊ dicũtur asiane: q: parue sũt: ⁊ nõ pforate: que vero iter eas inueniũtur grossiores meliores sũt.

¶ Tozelle. de seni. i. panis assi: sine panis biscotelus: ⁊ ei⁹ modũ ostãdã ifra i ꝓfectõe emplr diafinicõ. Vtinũ pticũ. i. forte. nã pticus est sapor dictus fortis. pot etiam dici pticũ ab iuula quã sic noiata: sed nõ est ad ppositũ.

Emplastrum relatũ ad ãdromacũ. ℞. sepi arietini picis ana. ʒ. xviij. aur. pigmẽti rubei ⁊ citrini alumis iamẽti. i. alumis scisili: calcis nõ extincte añ. ʒ. xv. armoniaci. ʒ. ij. dissoluat armoniacũ cuz vino rubeo: ⁊ dissoluat i igne: ⁊ dissoluat cũ eo li. ij. ⁊ puluerizãda puluerizẽtur: ⁊ aggrega oia simul scõm decẽtem ꝓparationis eius: ⁊ vtere vbi oportet expãsum in lamia.

¶ Istud emplastrum non est in vsu.

¶ Aurũpigmentũ latinũ nomẽ est ab aureo colore. Isido. in ca. de coloribus iquit: arsinicum quod latini ob colorẽ auripigmẽtũ vocãt: sine dubio aurũpigmẽtũ ⁊ arsenicũ eiusdẽ sunt generis: sicut pz si legis cap. de arsenico Dias. cũ ca. de auripigmẽto apud Serap. videbis q̃ idẽ sũt spẽs aut arsenici vel auripigmẽti sz Dia. sũt due. s. rubeũ ⁊ citrinũ: sz sz Auic. sũt tres. s. albũ citrinũ ⁊ rubeũ. de quo vide supra. liber q̃ vocat bulchalis. in libro pmo docet modũ cõburẽdi ⁊ albificãdi auripigmẽtũ: ⁊ sublimãdi ipsz: ⁊ cõburẽdi ⁊ vtẽdi citrinũ i rubeũ: ⁊ de sublimatione arsenici: ⁊ ꝑ mõ vtẽdi arsenicũ citrinũ in rubeũ.

Emplastrum sinapis mũde: descriptiõe Democriti. ℞. ficuum siccarũ pinguium partem vnã: ⁊ infunde in aqua tepida per diẽ ⁊ noctẽ: tunc expume fortiter: vt nullus humor i eis remaneat. deide sinapi trituã cũ aceto cũ eis misceas diligẽter dm cõmiscẽdo: ⁊ ut sinapis q̃s vna ⁊ ficuũ q̃s alia. si vehementiorꝭ virtutis facẽ volueris pone ꝑ sinapi q̃tes duas. si ãt min⁹ ex ficub⁹ q̃tes tres: ⁊ ex sinapi q̃tẽ vnã. qñ ãt applicat loco diminuat i eo: ⁊ auferat anteqũ vulneret locus: ⁊ ꝓpẽ qñ solũ calefacere opz: ⁊ qnq̃ diminuit donec vulneret: ⁊ ꝓprie qn pfundaꝝ materiem excisionez queris sicut in talibus. i defectu vo. sinapis squibale caprine ponant ꝑdie in aceto ifuse: ⁊ est ad hydropisim ⁊ duritiẽ ⁊ dolorẽ splenis efficax: ⁊ qnq̃ addit i eis sinus colũbaꝝ. agrestiũ: ⁊ radix enule: ⁊ semẽ nasturtij: ⁊ grana lauri: ⁊ cõfert ad frigidas ⁊ vẽtosas egritudines viscerꝝ ⁊ splenis ⁊ hydropisim ⁊ filia: ⁊ est expertum ab antiqs medicinis.

¶ Istud emplm apud nos nõ est multũ in vsu. dñs Rasis in libro diuisionũ in ca. de sciatica ⁊ dolore iuncture anche hz et hoc emplm. sinapis aũt semẽ est satis notum columella in libro de cultu hortoꝝ iquit. se que lacessenti flectũ factura sinapis. hec apud arabes cardeidel dr. Serap. antẽ in cap. de sinapi ex auctoritate Dias. ingt eligẽdũ est illud qd̃ nõ est siccũ nimis neq̃ extenuatũ habẽs granũ grossum: ⁊ qñ frãgitur est albũ interius ⁊ est humidum: nam istud tale est nouum bonum.

¶ Sgbale caprine. apud auctores nõ inueniẽ cap. sub h nomine sed squibale apud grecos stercora sũt: vñ q̃ squbalas caprinas itelligũtur stercora capraꝝ: ⁊ sub isto vocabulo Auicẽ. ⁊ alij de eis logtur. ¶ Columbi agrestes sz multoꝝ sentẽtiam sunt columbi quos rustici sauacios dicunt quorũm ortus sunt in arboribus. dñs. Rasis in libro pmo assimilmoꝝ iquit alchenebir. i. colũbe silueſtres extimauerũt quidã q̃ columbus silueſtris sit ille q̃ apud Aui. in scõo cañ. dr̃ guareseen: sed non est certum.

Emplastrum diafinicon dispositione Alexãdri. ℞. dactiloꝝ viciorum maturitati sine ossibus. ʒ. v. tozellaꝝ de seni. ʒ. i. cuiõioꝝ ⁊ ppne carnium eoꝝ decoctoꝝ i vino stptico. i. forti. ʒ. i. ⁊ storacis. s. calamite. mastices. laudani añ. ʒ. iiij. acatie: succi agreste. florũ vnaꝝ agrestiũ: rosaꝝ: sandaloꝝ citrinoꝝ: marchasite: ramic: mirre: xiloaloes añ. ʒ. iiij. cere. ℥. iiij. olei rosati. ℥. xv. vini pontici quantũ sufficit ad infundendum infundẽda: ⁊ confice ipsum fm artem ⁊ lini ex eo super laminã ⁊ cum xiloaloes suffumiga ⁊ superpone.

¶ Istud emplm est multum in vsu. maxime fm istã descriptionẽ que est de mẽte Alexãdri. ipse vero Mesue describit vnã aliã descriptionẽ: sed non est tante vtilitatis: vt est ista. tamen infra apparebit.

¶ Tozelle de seni. i. panis assus ⁊ ab aliqb⁹ vocat panis azim⁹. ⁊ ab alijs biscotelus: ⁊ ei⁹ modũ ẽ multiplex sz diuersa loca. nã sz q̃dã ẽ panis biscot⁹ factus. de flore farine de illa ꝑta vel de illa regiõe. q̃ dr̃ seni. Joan. matheꝰ gradi in cap. de fluxu vẽtris i gñali ingt. huic quoq̃ addat panis biscot⁹ de syria sup. qñ ltẽdimus facere ꝓfectionem ad modũ emplr ad magis ico: porãdum. naz talis panis sic biscot⁹ ifundit i vino vel aceto: ⁊ cũ puluerib⁹ facta expũsiõe reducit ad formã emplr: ⁊ talis panis biscotus appellat tozelle de seni. ⁊ a Mesue ponuntur in emplo diafinicõis. siue dubio tozelle de seni in emplo diafinicõis itrãt: sed ei⁹ modus nõ ẽ: vt docet Jo. matheus gradi ⁊ ignorat qd̃ sit. Guliemus placẽ. i troc. de viperis docet modum faciẽdi: vt oñsum fuit ibidẽ: m̃ melius ifra utez ostẽdã. Mathe⁹ autẽ si vaticus ingt passime i. tozelle panis azimi biscocte de seni. i. de terra hierusalẽ. qñ ibi arabes ipastãt eas cũ aq̃ decoctiõis mastices ⁊ passulaꝝ: vez sũt ex hoib⁹ q̃ solũ ipastãt cũ aq̃ decoctionis mastices: sz nõ recte: nã hodierni maxie sapiẽtes impastãt: vt dixi: ⁊ ei⁹ modus est q̃ accipiat farine frumenti purgata a furfure ẽtitas quã volueris: ⁊ ipastet ea cũ aq̃ decoctiõis mastices ⁊ passularũ ẽtum opz: ⁊ fiat ex eis panis in forma panis q̃ mãducat ⁊ decoque i furno tm̃ q̃ in colore efficiatur niger: ⁊ q̃ facili⁹ teratur: ⁊ postea vtere vbi opz. Isidorus. panis azimus est panis nõ fermẽtat⁹. nã azim⁹ ẽ sine fermẽto sincerus acrizimus leuiter fermẽtat⁹: q̃si acroazim⁹. flores vue agrestis sũt flores lãbrusce: ⁊ hec est quã Dia. enarchium vocat. Mathe⁹ silnaticus in cap. de enantio ingt ex auicto. Dia. enãtiuz flos ẽ vitis agrestis q̃ cuz fecerit flores colligẽdi sunt ⁊ deficcãdi: ⁊ alio noie vocat vitis: flores ei⁹ optime redolẽt ⁊ ficcãtur i vmbra ⁊ i testa reponãdi sunt. meli⁹ nascitur i syria. idẽ in lra ait. nãtum. i. flos lãbrusce: ⁊ ẽ flos vitis agrestis. idẽ dicit in lra massaus marchasita est lapis qui ab aliqbus vocatur luminaris eo q̃ percussus ferro ignẽ emittit. dñs Mesue in ca. de lapide stillato de ipso logtur: ⁊ hic est lapis q̃ a Diasco. vocatur lapis pirites ⁊ dr̃ a pir qd̃ est ignis: q: percussus ferro ignẽ emittit.

Emplastrum diafinicon ꝓfortatiuuz stomaci. Pri mo fiat ceroteum cum cere. ℥. ij. olei rosa. olei nardini añ. ʒ. iiij. dñde. ℞. dactiloꝝ siccoꝝ numero. xl. tozellaꝝ de seni. i. panis visti. ʒ. v. deinde funde bi duo in vino odorifero ⁊ accipe carnium citoniorꝝ decoctoꝝ in vino. ʒ. viij. ⁊ tere cum dactilis ꝓprietione vitia ⁊ misceãtur cum ceroto ⁊ ꝓfundãtur in mortario donec aggregẽtur. deide proijce sup ea mastices: solidãi: absinthij romãi ficci. añ. ʒ. ij. ℥. lignj aloes. macis: mirre: aloes: ispice acatie: galie: ramic: calami aro. añ. ʒ. i. laudani. ʒ. ij. ⁊ itez ꝓteratur donec pmisceãtur: deide lini sup lamina ex eo ⁊ suffumiga cũ xiloaloes ⁊ pone sup stomacũ ⁊ epar ⁊ viscera. de melioꝝ ãt opatiõe ẽ: vt mastix ⁊ laudanuz cũ cera ⁊ oleis misceãtur: ⁊ fic cũ ceteris emplr̃ fiat.

¶ Istud emplm est in vsu. sed non tantum vt predictũ: qd̃ dicitur ex descriptione Alexãdri. dr̃ aũt exẽplum diafinicõ. i. dactilis. species aũt dactiloꝝ secũdũ modernoꝝ opinionem due sunt. s. domestici ⁊ silueſtres. domestici autem sunt fructus ex palmis dõesticis. ⁊ isti sunt noti. silueſtres vero sunt dactili dicti acetosi. ⁊ isti sunt tamarisdi vt allegat dominus Mesue in ca. de tamarisdis: eius arbor a multis alcoi vocatur. vñ Jo. Serap. i capitu. d debilitate epis inquit: oleum de calcala. i. oleũ de florib⁹ dactilozum filij zacharie. ℞. cere citrine. ʒ. iij. medulle cruris vacce: adipis galline: mucillaginis seminis lini añ. ℥. iij. olei de lino quãtũ sufficit. si autẽ forti⁹ facere volueris adde mucilaginis altee: ⁊ mucillaginis fenugreci partes q̃uenientes: ⁊ pro oleo de lino ponatur oleum de cheiri citrina. i. de viola citrina vel vtrũque: ⁊ si adhuc forti⁹ facere volueris adde ꝓsopi humide: ⁊ glutius danaham quantũ de vna mucillaginũ ⁊ miraberis effectum ad ea que diximus.

Emplastruz

Istud emplm apud medicos Papienses nõ ẽ multum in vsu: imo ẽ in vsu apud medicos Mediolanẽses: qz in ipso inuenitur virtus mirabilis. nã lenit duritiẽ nodositatũ tũ curarum: ⁊ multa alia operatur. ¶ Gluten aũt danahã vel zanach. de ipso vide in emplastro diaquilon supra.

Emplastrum de aleis descriptione Alexãdri. ℞. spicarum alet mundatarum. ʒ. iij. ℥. storacis. aloes boni. bdelij añ. ʒ. iij. terbentine ʒ. iiij. assungie porcine recentis. adipis anseris añ. ʒ. v. masticis: olibani añ. ʒ. i. ℥. euforbij. ʒ. i. croci. ʒ. ℥. cere citrine. ʒ. xij. olei nardini. idest de spica nardi. ⁊ vini odoriferi añ. quantum sufficit.

Istud emplastrum non est in vsu. Aleum autẽ dr̃ q̃ olea: maxime aleum domesticum. ⁊ est illud qd̃ intelligit qñ simplr̃ ponit ⁊ ẽ aliud aleũ quod agreste vocat. ⁊ istud appellat scordeõ seu tyriaca rusticorũ. Sera. in ca. de aleo. ex auctoritate Dia. ingt. aleũ aliũ est domesticũ ⁊ aliud agreste. ⁊ ẽ qãdam ex eo qd̃ inuenit in babylonia qd̃ nõ ẽ vtilis i ventib⁹ ⁊c. columella in lib. de cultu hortorũ igt. alea que in fractis spicis ⁊ olentia ⁊c.

Emplastrum relatum ad aristarcum. ℞. cere citrine. ʒ. i. terbẽtine. ʒ. vi. assungie porcine recentis. adipis anseris. medulle. cruris vacce añ. ℥. iiij. bdelij. mirre. olibani. storacis. oppoponacis. aloes. masticis añ. ʒ. i. ℥. armoniaci. ʒ. iij. colofonie. i. picis grece. ʒ. vij. aluminis. s. aluminis qd̃ a vulgo de pluma vocatur. ʒ. i. spice. ʒ. vi. folij. i. malabatri. pone macem loco eius calami aromatici. euforbij. granoꝝ. lauri añ. ʒ. vij. olei balsami lib. i. olei nardini. ⁊ vini odoriferi. q. sufficit ꝓfice fiat sepe narrauimus ⁊ vtere.

¶ Istud emplastrũ apud medicos Papienses nõ est multum vsuale. sed apud medicos Mediolanenses magis.

Emplastrũ de melliloto. ℞. melliloti. ʒ. vj. florũ camõille fenugre. granorũ lauri radicũ altee ⁊ absinthij. añ. ʒ. iij. seis apij. coriãdri. ireos. ciperi. ameos anisi. i. seis feniculi romãi. spice. cassie. añ. ʒ. j. ℥. sanfuci. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. x. storacis. bdelij. añ. ʒ. v. terbentine. ℥. i. ℥. ficuum pinguium numero. xij. sepi caprini. resine. añ. ℥. ij. ℥. cere. ℥. vi. olei sanfuci ⁊ olei de spica. q. s. aqua decoctiõis fenugre. ⁊ camomille ⁊ melliloti. q. s. ad infundẽdũ infuõe diligẽti misceat ⁊ ꝓficiãt ⁊ epithimen

¶ Istud emplz ẽ in vsu apd oẽs maxie hz istã (tur cũ eo. descriptionem. qz inuenit i ipso mirabile iuuamẽtũ ad omnẽ duritiẽ que est in stomaco ⁊ ad multa alia. Bartholomontagnana in suis ꝓhilis in ꝓhilo de indigestiõe hz hãc descriptionẽ. sed non est oino similis nec vsualis. Joannes concoregius in cap. de spasmo ⁊ tethão ⁊ cuze: põit ẽplm etiam molitiuũ compotẽs. ⁊ est emplm de melliloto. põit a Mesue in suo antidotario: ⁊ fic ista descriptio Mes. est nobilior alijs. melliloturz aũt est nomen cõpositũ a meli ⁊ lothos quod ẽ trifoliũ. vñ melliloturũ iter spẽs trifolij enumeratur. quidã sertulã cãpanã vocãtteo q̃ ferto antiq coronabant: ⁊ pp id vocat etiã corona regia. Serap. in cap. de melliloton ex auctorita: Isaac eben amarã inquit. elchelelmelich est herba que hz folia rotunda viridia ⁊ ramuli eius sunt subtiles multum. ⁊ folia rara ⁊ fructus habens vaginas subtiles rotondas sicut virge puerozũ paruulozꝝ ⁊ sunt in eis grana pauca glauci coloris rotunda maiora granis sinapis. ⁊ qd̃ de ipsa administrat. fũt ille vagine cũ eo qd̃ ẽ i eis ex granis. minoꝝ q̃ hodierni generaliter ista herba nõ vtunt nisi floribus ⁊ nõ seminib⁹ vt vult Isaac. ⁊ Auerroys i quito colliget ait. alchelilacmelec. i. melliloturũ vel corona regia. circa istãs ait. melliloturũ herba ẽ. cui⁹ semẽ simili nomine appellatur corona regia semia cũ ipsis cornibus colligunt. ꝑ quatuor ãnos seruat. semẽ cũ cortice in medicinis ponit. ob qd̃ miroꝝ vt dictum fuit. qz apothecarij id nõ faciunt. hec ãt herba apud nos in ciuitatib⁹ inuenitur cũ flore croceo boni odoris vt est notũ.

Lordumenti. i. carui agreste. ⁊ alio noie a romanis charda vocat: sed apud nos chelsim campestre dicitur.

Sansucus fm Dia. a siculis amarac⁹ nominat. herba ẽ ramosa. multas virgas super terrã spansas hãs cuz foliis paruis ⁊ rotundis nõ dissimilib⁹ nepte. i. calamẽto mõtano. ⁊ hec herba que a nobis maiorana vocat q̃ nota est.

Mixtura ad vulnera sananda. ℞. gariofilate radicum arthemisie. pinpinelle. camomille. pentafilonis. violarum. herbe venti. caulis rubei. canapis renate omnium añ. m. i. rubee. quantũ de omnib⁹ hec oia buliant in vino vsq̃z ad medietatem. postea cola ⁊ colature adde tertiam partem mellis. ⁊ cum eo buliat. deinde cola ⁊ vsu reserua.

Gariofilata herba est similis agrimonie: cui⁹ radix odorem gariofilozuz refert. hec apud nos iuxta fossos inuenitur. ⁊ a multis sanamunda vocat. ⁊ apud herbaticos dicitur pes leporinus. quod falsum est.

Herba venti. s. herba venti maior que paritaria vocatur minor autem vocatur consolida minor. vt dictum fuit supra in vnguento martiaton. paritaria aũt apud Auicẽ. in secũdo cañ. vocatur herba vitri. sed apud Dias. vocatur alfinen aut parthemon quod falsum ẽ. qz pthemon apud ipsum est herba que a modernis vchuẽ vocat. ⁊ apud Serap. mricaria. ⁊ sic si legis ca. de pthemon apud Dias. cũ ca. de matricaria apud Sera. videbis q̃ idẽ est. ergo pthemõ nõ est paritaria. hec paritaria apud nos nascit in tectis. ⁊ vocant eam rustici veraghium.

Caules rubei sunt caules sic nominati. qz eorũ color rubeus est. in hortis inuentuntur. quorum folia ⁊ stipites rubrum habent colorem.

Canapis renata. i. silueſtris. fm quosdã iste textus ẽ corruptus. qz d: bet dicere canapis silueſtris aut sũmitates canapis. Dinus aũt florentin⁹ in suo antidotario habet eandem mixturã. ⁊ loco eius habet summitates canapis.

Rubea. s. rubea tinctoꝝ de qua dixim⁹ supra.

Emplastrum apostolicõ fm Nicolaũ in suo antidota. ℞. litargirij. ℥. vi. cere rubee. colofonie. i. picis gre. añ. ℥. ij. propolei visci quercini añ. ℥. i. armoniaci lapidis calaminaris añ. ʒ. vj. masticis olibani. mumie añ. ℥. i. terbẽtine. galbani. bdelij. mirre. calcucecumenon. sarcocolle. lepidos calcis. diptami. aristologie longe prassij viridis. oppoponacis añ. ʒ. iij. conficitur sic. galbanum. armoniacum ⁊ oppoponacum aliq̃tulum contusa ponantur in vino vna nocte. ita vt bñ cooptant ⁊ mane buliant donec liquefiant. per catlaz colẽtur. ⁊ iterũ buliant ad consumptionem vini deinde litargiriuz in subtilissimũ puluerem redactum cum sufficienti oleo in calderio distemperetur. ⁊ super ignem mittatur. ⁊ cum spatula agitando tandiu buliat donec super positũ lapidi in modũ cere inspissetur. ⁊ statiz addat cera. q̃ liq̃facta addat colofonia. postea addat mastix olibanũ ⁊ mirra. ⁊ facto iter uallo ponatur bdeliũ ⁊ viscus quercin⁹. liquefacto visco ponat terbentina. ea liquefacta ponat caldariũ in terra. ⁊ tunc gũme in ipso caldario paulatim ponant iterũ super ignem ponantur ⁊ cũ spatula agitando aliquãtulũ dimittantur bulire. postea addatur sarcocolla. deinde lapis calaminaris. facto interuallo ponat flos eris ⁊ lepidos calcis post hec calcucecumenon semp cũ spatula agitãdo. donec aliquantulũ rubere iceperit ad vltimũ diptamũ ⁊ aristologia rotũda. deinde infundant in aq̃ frigida ⁊ ab aq̃ abstra

eum manibus exprimendo ⁊ malaxando ita tractetur vt
rota aqua inde exiat. ⁊ inductis manib⁹ oleo laurino mag-
daleones informentur: ⁊ vsui reseruentur.

¶ Emplm dicitur dura ꝓfectio. apostolicō i. suprapositū
vel supra missum interpretatur. Gilibertus de anglia i ca-
de vulneribus in partibus interioribus habet vnā aliā de
scriptionem que eadem est. hoc emplm est in vsu.

¶ Propoleum vel propoleos ꝑm compositorem est fau⁹
siue cera. Gilibertus ibidem dicit q̄ propoleos est cera al
bar: sed hoc non approbatur a sapientibus. nam propole-
os est sordicies alucariorum apum que vocatur mum: qō
pater per Diascori: qui de cera propoleni singulare facit
cap. ⁊ inquit quod vtilis est ruffa: ⁊ odorata sicut storax.
⁊ mollis non valde quam manibus si volueris ducere vt
storacem. hec videtur esse cera que apud Auicen. in secun-
do can. vocatur mum: vbi sic inquit q̄ mum puruz est pa
rietes domorum apum in quibus faciunt oua ⁊ pullos: ⁊
adducunt eis mel: ⁊ mum quidem nigrum est sordes fene
strarum intrinsecarum: ⁊ forinsecruz. Auerroys in qnto
colliz alchalumen. i. cera citrina. Serap. in cap. de cera de
ipso mum loquitur: ⁊ inquit ex auctoritate Diasco. sed
mum est superfluitas ⁊ sordes quam apes pūciunt extra
domicilia sua: ⁊ reperitur in alucariis. ⁊ melius ex mum
est illud quod est rubei colōris: odoris boni simile storaci
non dure substantie: sed potest malaxari sicut storax. hec ē
sordes vasorum apum que inuenitur in orificiis alucario
rum ipsarum apuz: ⁊ hanc vidi ponere in dicto emplastro
non inconuenienter. nam emplastrum ex ea redditur at-
tractiuum vt vult compositor.

¶ Viscus quercinus lachrymum est arboris leuis ⁊ viri
dis coloris: intus obscurū ⁊ nihil asperū hns. supra de ip
so melius ostensum fuit in vnguento quercino.

¶ Lapis calaminaris ꝑm ꝓpositorē est lapis magnes. Gi
libertus ibidem dicit. lapidis calaminaris. i. calamite que
apud modernos ignoratur communiter: quia lapis cala
minaris non est lapis calamite. i. magnes. imo lapis cala-
minaris est lapis qui a vulgo calamina dr: quo tingit es.
in antidotario vero vniuersali in eodem emplastro est po
situm giro. i. lapis calaminaris. lapis vero calamite est la-
pis qui attrahit ferrum ꝑm intentionem Simonis Janu
ensis. lapis calaminaris est species tutie: sicut apparet in
cap. de cadimia: ⁊ apud nos est notū q̄ lapis calaminaris
⁊ lapis calamite idem non sunt.

¶ Calcucecumenon. i. es vsti. Gilibert⁹ ibidē dicit. calcu
cecumenon. i. eris vsti. Dias. in cap. de ere vsto dicit q̄ alij
calcucecumenon vocant. ⁊ sic est.

¶ Lepidos calcis vel lepidos calcu. i. squāma eris. inuenit
aūt in aliquibus descriptionibus istius ēplastri scriptum
lapis calcis: sed ꝑ dicere lepidos calcis: qz Gilibert⁹ ibi
dem dicit lepidos calcis. i. batiture eris. Dias. in ca. de le-
pida dicē bona ē q̄ ex acutis cipriniis fit q̄ ⁊ patia dr aut cli
ris nugax q̄ ex tenero carmie fit. hec apud arabes tubel vo
cat seu squāma seu battura eris seu cuiuscz metalli. circa
instās dicit. ferri ferrugo ⁊ squāma ferri eiusdē sunt vtu
tis. idem dicit Mattheus siluati. nō aliud est erugo aliud
ferugo. ⁊ aliud squāma scoria. nā squāma vel scoria est il-
lud latū vel tenue qd euolat p ꝓcussionem a ferro. ferugo
est que per excoctionem liquescit a ferro. alia vide ibi.

¶ Prasium viride ꝑm compositorez est flos eris. prasiū
autem album est marubium. flos autem eris apud multos
est viride eris: sed ꝑm Simonem ianuensem aliud est viri
de eris. aliud est flos eris: verum hodie pro flore eris virī
de eris ponitur. inuenitur autez in antidoto. Jo. Sera. vn
guentum de zinziar. i. viride eris. Auic. in. 5. can. hz vnguē
tuz de flore eris: quod idez est. ergo flos eris ⁊ viride eris
idem sunt. vt oīsum fuit supra. verum est qd Sera. in lib.
de aggregatione simplicitū facit cap. de zinziar: idest crugie
eris siue viridis eris. ⁊ aliud ca. facē de ere. ⁊ q̄ ex eo fiūt: ⁊
ibi docet modū faciendi eris. ⁊ inqt. flos eris fit ꝑm hūc
modū: qn̄ liquefit es in botis metallorū ⁊ extrahitur a cli
mia. ⁊ botis aliqztulum terra incense de subtus in fundo.
⁊ es purificatum diuutritur in loco vbi colatur. tunc pu
rificatorez eius proiciunt super ipsum aquā dulcē donec
coaguletur. ⁊ faciūt hoc donec infrigidet. ⁊ est aqua clara
ex hoc ergo qd accidit eri ex aggregatione partiū adinuicē
fit hec substantia. ⁊ est flos eris. alia vide ibi.

Emplastrum croceū ibidez. ℞. croci pi-
cis naualis: colofōie: cere ana
℥. iiij. terbētine: galbāi: armoniaci. mirre: olibāi: masticis
aā. ℥. i. ⁊ ʒ. iij. fiat aūt hoc mō galbanū ⁊ armoniacū cōtu
sa i sufficiēti aceto ponāt per noctē. ⁊ mane ponāt ad ignē
vsqz ad liquefactionē ⁊ liq̄facta colātur per catiā paruā. ⁊
coquant iterum vt aliqūtulū cōsumat: tūc addat pix na
ualis bene colata. liquefacta pice adde cerā ⁊ ea liq̄facta
addatur colofonia ⁊ terbētina interuallo facto ponat ma
stix olibanū ⁊ mirra. ⁊ semper cuz spatula agitādo ad vti
mum cū fuerit bene coctuz in aqua frigida infundātur. ⁊
ab aqua extracta manibus exprimātur vt aq̄ inde exeat ⁊
super marmor inunctuz oleo laurino cū puluere croci sup
posito malaxetur ⁊ factis magdaleonib⁹ vsui recōdatur.

¶ Istud emplm ē in vsu. ⁊ maxie ꝑm istā descriptionē. dr
aūt croceū ab ori qd ē acetū. ⁊ croceū a croco dr. valet
ppie ad fracturā ossiū ⁊ ad dolorē eorū ⁊ ad multa alia.
Gilibertus de anglia in ca. de vulneribⁿ in partibus inte-
rioribus hz vnā aliā descriptionē quē idē est. Bartholo-
meus mōtagnana in suo antidotario hz vnā aliā. sed non
est similis huic nec in vsu est. crocus aūt de quo intelligit ē
crocus orientalis seu cōis q̄ a vulgo zaffrā dicit. Papias
aut. crocus dicitur ab oppido cilicie qd vocat coricium.

Emplastrum de casco ꝑ Rasiz in lib. 3 egri
tudinib⁹ iuncturarū i ca. 3 cura
ppa lapidei tatis. ℞. caseū ātiquū lōgi tpis ⁊ nasturtiū. ⁊
puerizo. fil postea accipe pedes porci antiq salsi ⁊ coq ⁊
cū illa aq̄ accipe nasturtiū ⁊ mīsce caseū ⁊ fac emplm sup
iuncturas lapideas. ⁊ rūpet cutis ⁊ exibit ventositas om
nis. ⁊ sic patiens sanabitur. ⁊ expertus sum illud sepe.

¶ Istud emplm non est in vsu. Caseus ꝑm Auicen. in se-
cundo can. quinque fit ex lacte quandoqz ex sero. ⁊ est ille
qui nominat recocta natura. recens vero est frigid⁹ ⁊ hū
dus in tertio ⁊ salitus antiquus est calidus ⁊ siccus in eo.
Isidorus in capitu. de escis ait caseus vocatur. q̄ careat
sero. quasi carenum.

Emplastrum mirabile relatum ad androma
cū ꝑm Aut. in suo antido. ℞.
granorū q̄ inueniunt in fructu plāte que dr aumeli. bau-
rach rubei. i. salis rubei. salis armōiaci. aristologie cretice.
⁊ radicis cucūerie asinini. ⁊ gūmi alboti oiuz aā. auf. xx.
piperis ⁊ macropipis. armōiaci. ⁊ amomi ⁊ xilobalsami
ana. auf. x thuris. masculi. ⁊ mirre. ⁊ refine. ficce ⁊ aldā-
bac fride ⁊ auf. x. lactis arboris morī aur. x cere auf. xxx. ⁊
adipis capre aurī. xv. amurce olei de lilio q̄tū sufficit ad
ꝓficiendū medicinam. terantur medicine sicce ⁊ fricent
etiā ⁊ inūgat q̄ fricat eas manus suas ex amurca olei de li
lio. ita vt cū pmixta fuerint oia hn reponant ⁊ reseruent.
⁊ cū nēce fuerit vti eo ad auferendā laxitudinē. tūc sumat
de eo. ℥. iij. ⁊ adipis anatis. ℥. iij. ⁊ olei de alcāna. ℥. iij. ⁊ p
misceantur ⁊ administretur.

¶ Istud emplm non est in vsu. hic Auic dicit. ℞. granorū
que inueniūtur i fructu plāte que dicitur aumeli ꝛ nō di
cit q̄ planta sit. verum spse in tertio can. de ea cap. facit di-
cens. q̄ aumeli ē olm dulce valde spissum sicē mel ⁊ spissū
eo extrahit ex crure arboris q̄ ē in terra murzie dulcis. ⁊
fit ex eo oleum ⁊ cum eo admiscetur ēt oleū de flore eis⁹. ⁊
notatur aumel ⁊ oleū mellis ⁊ melius ex eo ē qd ē magis
clarū ⁊ spissuz. ⁊ ātiquū ē. nēcz p id cognoui qd sit. Isido
rus ꝛquit. oleamella nascitur in palmaria syrie ciuitate ex
eo sta appellata. q̄ ex trunco oleum defluat in crassitudine
melis saporis suauis. Aldabac siue dabac ē viscus quer-
cinus sicut apparet apud Serap. in ca. de visco. Idē dicit
Auicen. in suis sinonimis

Amurca olei de lilio. i. fex olei de lilio. Dia. ꝛgt amurca
fex ē olei nigra ⁊ aquosa cū primit. q̄ coq solet ad mellis
spissitudinē. ⁊ sic vetustatē accepit. Leonar. de preda palea
in capitu. de cura scrofularū inquit. amurca olei antiqui
idest fex olei. Item Jo. anglicus in capi. de paralesi. dicit
fex olei oliuaruz que vocatur amurca. Serap. in capitulo

de oliuis dicit. amurca olei q̄ cogtur in vase eris cabru-
sei quousqz ingrossetur ⁊ fiat sicut mel.

¶ Oleum de alcāna. i. oleum de cipino. vnde oleū de al-
cāna. i. oleum cipinum: ⁊ modus eius infra apparebit.

Emplastrum aureum secundum eundem in
libro quarto in fen. iiij. in ca.
de curatiōe eorū que sunt difficilis cōsolidationis: ⁊ alio
rum que sunt in vltimo malitie. Recipe merdasengi aurei
boni eminam vnam cere. ⁊ radicis almezereon aā. aure.
xxxvj. floris eris auf. xviij. limature auri trite limature al-
merdasengi aā. auf. xl. olei antiqui lib. iij. ponantur super
ipsum in primis merdasengi. ⁊ aurum. ⁊ flos eris. deinde
reliquie medicine. ⁊ iterum sumatur ostracum furnorum.
⁊ cinis venarum. ⁊ plumbum combustum ablutum. ⁊ fiat
ex eis emplastrum cum oleo mirtino. ⁊ oportet vt fit illud
oleum inspissatum cum merdasengi. verbi gratia. ℥. i. ⁊ ace
ti acuti i triplo ipsius. ⁊ ex olio aut oleo mirtino. aut oleo
anethi. ℥. i. moueantur cum facilitate donec resoluatur mer
dasengi. ⁊ inspissetur. ⁊ non aduratur. ⁊ alternati de eis
corticeo eris. ⁊ flos eris. ⁊ calx ablura fine exquisitiōe fiat
ex eis puluis. ⁊ antecedat ⁊ liniat ea cū melle. deide pulue
rizetur super hunc puluerem contrituz eris partes. ij. cere
. x. dissoluantur digitis in sole. ⁊ administretur. aut ceruse
⁊ aluminis ana partes. viij. corticū eris. salis gēme. thuris
flotis eris. corticū granatorum omnium aā. partes. ij. cal-
cis partem vnam. cere partes. x. olei mirtini quantum suf
ficit. ⁊ iterum merdasengi olei aā. lib. i. gallarum nō pso
ratarum. aristologie ana. ℥. i. armoniaci. ℥. i. minuti thuris
℥. ij. fiat ex eis linimentum super ignem. ⁊ moueatur cum
radice canne.

Istud emplastrum non est in vsu. dicitur autem empla-
strum aureum ab auro. eo q̄ limatura auri ingreditur.
non dicitur autem a litargirio auri. vt quidam credide-
runt. aurum autem inter metalla est positum. Plin. ait au
rum effeso inest argentum verto pondere alibi vena ali-
bi octaua parte. in vno tamen gallie metallo quod vocant
albucrarense tricesima sexta portio inuenitur vbicunque
vna argenti portio est. electrum vocatur ⁊ c. electrum etī
am vocatur sucinum idest chachabre. circa instans ait. au-
rum temperatiuis est alijs metallis aurum de vena terre
fit per decoctionem ⁊ in decoctione id quod superfluum
est ab auro separatur ⁊ catimia seu spuma auri vocatur.
Serap. in capi. de auro inquit limatura auri confert car-
diace melancolice. infra ait. ⁊ dixerunt antiqui quando ac
cipitur anulus aureus aut argenteus ⁊ ponitur in igne ⁊
cauterizantur cum eo ale columbarum ventunt cito. ⁊ li-
benter ad turrim suam ⁊ non separantur ab ea.

¶ Merdasengi aureum. i. litargirū aureum. nā merdasen
gi apud Auerroim in quit colli. est litargirū. idem dicit Jo
an. anglicus in ca. de vlceribⁿ ⁊ vulneribⁿ nasi. ide merda
sengi aurum. i. litargirium aureū. infra in isto emplastro
habet almerdasengi. credo q̄ sit litargirium argenti. Al
mezereon. i. mezereon.

Emplastruz de violis ꝑm Barthol. mōtag. i
suo antido. ℞. violax siccarum
. 3. vj. rosarum. 3. ij. 5. spice masticis aā. 3. i. 5. florū camōille
. i. bebōigi ⁊ mellilori. i. corone regie farie ordei. seis altee
aā. 3. x. farine seis lini. ℥. i. sqnātī. cipi. calami aro. aā. 3. i. si
at emplm cū aq̄ cōi qd applicetur omni die semel.

Emplastrum de eupatorio. ibidē. ℞. eupato
rij. m. ij. camōille. mellilori aā.
m. 5. ciperi masticis. squinanti. spice aā. 3. i. sādali albi ⁊ ru
bei. calami aro. absinthij ana. ℥. ij. spodij. ℥. i. mucilaginis
altee. ℥. iij. olei de mastice. de spica: farie ordei aā. ℥. ij. aceti
pax. ⁊ fiat emplastrum cū decoctiōe eupatorij.

Istud emplastrum non est in vsu. Eupatorū aūt est her
ba que apud arabes gafit vocatur ꝑm vo circa instans eu
patorū est saluia agrestis. qd non est. vt oīsum fuit supra
in confectione de eupatorio.

Emplastrum vsuale p crepatis ibidē. ℞. pi
cis naualis. i. vsualis. ℥. ij. litar
girij. armoniaci. galbani. masticis aā. ℥. ij. cere albe ⁊ rubee
colofonie. i. picis gre. aloes. aristologie lōge ⁊ rotūde aā.
℥. iiij. viscī. quercini boli aā. ℥. vj. gipsi. mirre. thuris aā. ℥.
5. glutinis albotin lotī cum aceto. oā. iij. lumbricorum ter
restrium oā. iiij. radicis consolide maioris ⁊ minoris aā.
oā. 5. munie. sanguinis draconis. bdelij. aā oā. i. pellis arie
tine a pilis mandate ⁊ frustatim incise partem vnam san-
guinis humani lib. j. cōficit sic. bulliat pellis in aqua quo-
usqz sit liquefacta. postea supra addatur predicte glutinis
scriptorum glutinis caprini glutinis piscium. aā. oā. ij. be
ne incorporentur omnia ⁊ ceteris gummis liquefactis si-
mul ⁊ puluerib⁹ additis fiat emplastrū ⁊ malaxetur cum
oleo mirtino ⁊ fiat magdaleones. ⁊ ponant in vase terreo
vel creo. ⁊ vsui reseruent. ⁊ cū opus fuerit sup corio exten
¶ Istud emplastrū ꝑm intentionē ꝓpositoris est (dātur.
vsuale pro crepatis. ⁊ est illud quo vtimur. verū supra est
positū cerotū ad crepatos cū pelle arietina. ⁊ ꝓ illā descri
ptionem a multis fit. sed qz etiā ista descriptio est laudata
in illa materia eam scripsi. ⁊ fac illam descriptionez, que ti
bi placet. quoniam ambe sunt optime.

¶ Gluten scriptorū ꝑm multos est colla que vocatur tau
rocolla que fit de corijs. sed Michol. florem. in libro. viij. in
capitulo de curatione hernie siue ramicis inquit. addatur
gluten carpentariorum. i. quo ligna cōnectuntur ad nuci-
cem. ⁊ glutis scriptorū alias pistatorū. i. colle de piscibus.
ergo gluten scriptorū ꝓ intentionē Nicolai est colla pisci
um. sed ꝓ intentionē Bartholomei aliud est. qz in isto em
plastro vtrunqz glutē ponit. ergo non sunt idem.

Emplastrum de crusta panis ibidē. ℞. mast
cis. mēthe. spodij. corallorum
rub. sandalorz rub. ⁊ laborū. aā. ʒ. i crusta panis assi infuse
in acero per media horā. oā. ij. olei de mastice. ⁊ citrinorū
ana. oā. j. farine ordei quantū sufficit ⁊ fiat emplastrum.

¶ Istud emplastrum apud nos non est in vsu. Panis aūt
ꝑm Auicen. in secundo canonis. oportet q̄ sit panis mun
dus salitus. massam habens confectā fermentatus coctus
bene in tanor vltime vna nocte permanens. ⁊ non comē-
datur calidus sicut est electio panis de simula nutribilior
est alijs. ⁊ eius nutrimentum est melius. sed est tardioris
penetrationis.

Emplastrum de caricis secundum Leonar-
dum de preda palea in cap. de
cura carbunculi. ℞. caricarum bene pinguium ⁊ siccarum
li. i. sinapis. oā. iij. farine fenu greci. ⁊ seminis lini aā. oā.
. j. bdelij. armoniaci. galbani. ana. oā. i. dissoluantur gūme
in oleo linozum. ⁊ postea simul omnia misceantur pingue
dinibus prius colatis ⁊ fiat emplastrum addēdo farine or
dei quod sufficit ad inspissandum.

Istud emplastrum apud cirurgicos est multum in vsu.
sub nomine emplastri de ficubus. nā carice sunt ficus fic-
cei pingues de quibus Joānes anglicus in capitulo de la
pide renum inquit. fiat emplastrum de caricis. i. de ficubus
siccis. Ficus autem pro morbo vocantur duricies vlcero-
se habentes in se grana sicut ficus. hec apud quosdam ve-
ruca. i. porrus vocatur.

Emplastrum mirabile de pentadactilis. ꝑm
eundem in cap. de medicis ma
turatiuis. ℞. granorū mirasolis mundatorū numero. xxx.
amigdalarum dulcium numero. xx. foliorum ruthe. ⁊ cicu
te: ⁊ celidonie. ana. m. ij. assungie porci. ʒ. iij. olei cōmunis
quod sufficit. ⁊ fiat emplastrum ꝑm artem.

Istud emplastū nō est in vsu. sed ꝑm intentionē Leo. est
mirabile in illa mā. ipse vo Leonar. ingt. emplastrū de pen
tadactilis. ⁊ postea dicit. ℞. mirasolis. s. granoz ipsius ⁊
idē est. Idē in cap. de vlceribus putridis ingt. alcherua. i.
mirasol q̄ est cataputia maior. liber vo q dr bulchasim. i.
seruitor in tractatu sebo ponit formā excoriādri grana al
cherue: ⁊ vt inquit ipse est cataputia maior siue pētadacti-
lus ⁊ c. eius aūt spēs due sunt. s. maior ⁊ minor: de q̄ Se-
rap. duo cap. facit: vnū in quo dicit cataputia maior est ar
bor sicē ficus: cui⁹ semen est factū ad modū zechiaron: que
inuenitur sub ventre bestiarū. minor vo est planta hns folia
lōga in lōgitudine vnius digiti aut duorū. ⁊ ambe in hor
tis nascunt. Et minor apud rusticos herba chegarola vo
cat: ⁊ ambe sunt note. idē de vrisqz logi in cap. de albe-
mesuch. Dia. aūt vocat eam cici siue sisamum agrestem.

¶ Cicuta autem herba est q̃ apud Olasco. conios vocat. ⁊ apud. Auic. sucharã. sed ipe ignorauit eam. vt ocm ē in vnguento de cicuta. Isido. cicuta autem est dicta q̃ inter cannarum nodos lateat in indicis stagnis nasci arũdines calamiq̃ oñr. ex quorum radicibus expressum suauissimũ sucum bibunt. vñ ⁊ varro ait. Indica non magnuz i arbore crescit arundo Illius ⁊ lentis premitur radicibus. humor. Dulcia cui nequeunt suco cõcedere mella.

Emplastruz de cẽtaurea ꝑm Pet. argillatam in cap. de fractura cranei. l. offis capitis. ℞. centauree minoris. m. vj. temperenf per vnã noctem in vino albo. deinde coquanf vsq̃z ad ꝓsumptionem medietatis vini. deinde colef: ⁊ colatura bullat vsq̃z ad mellis spissitudinem. de qua accipias. ℥. i. cere noue vnĝ. ij. lactis mulieris. ℥. ij. terbẽtine lib. i. cere noue. ℥. iij. refine. ℥. i. s. thuris: mastices: gummi arabici ana. ℥. misce. ⁊ fiat emplastrum ⁊ mirabiliter valet.

¶ Istud emplastrum apud nos non est in vsu.

¶ Centaurea aũt maxime minor est herba que satis est nota. Serap. aũt duo cap. facit. vnum de cẽtaurea maiore aliud minore. sed maior apud nos non inuenitur nec inuenta fuit tpe macri. Minor vero nascit in locis aquosis ⁊ ē similis herbe ypericon. aut pulegio mõtano. habet virgã longam quadratam vnius palmi. ⁊ florem rubeum vergẽtem ad purpureitatem similem flori plãte que dicitur ambee. ⁊ habet folia parua oblonga sicut folia ruthe. ⁊ semẽ sicut granum frumenti. ⁊ habet radicem paruã in qua nullum est iuuamentum. Idem in fine sui libri de virtute centauree loquitur.

¶ Lac mulieris ꝑm Auic. i secũdo cañ. in cap. de lacte ait Lac quod melius est omnibus est lac muliebre. ⁊ melius ē quod ex vbere suggẽdo bibitur aut sicut mulgef. ⁊ melꝰ ipsius est quod est vehemẽtis albedinis equalis eẽntie qd̃ super vnguem distillatum figit ⁊ nõ currit ⁊ ē pastus animalis ipsius planta bona ⁊ nõ est in ipso sapor extraneus declinans ad acetositatem aut amaritudinem aut acredinem aut odor extraneus horribilis.

Emplastrum de berhonica ibidem ℞. succi betonice. succi plantaginis. succi apij. colatorum ana. lib. i. refine. cere noue ana. ℥. iij. terbentine lib. i. coquantur primo vsq̃z ad succorũ ꝓsumptionẽ. vltimo addaf terbẽtina ⁊ fiat emplꝰm.

¶ Istud emplꝰm est in vsu. maxime apd̃ Mediolanẽses.

¶ Betonica vo est herba q̃ apud Dia. vetonica vocatur: Aucroys in. v. colli. ingt alchifon q̃ in latino dr̃ betonica ⁊ in persica lingua berahuẽ. Apud quosdam dr̃ etiam lingua bubali. ⁊ ab aliquibus dr̃ lingua equi. vide supra in syrupo de betonica. quia etiam aliquid de ea ostendi. Hec est herba que apud nos in pratis inuenitur.

Emplastruz bouinũ quo cõiter vtimur nos apothecarij. ꝑm Nicolaum florentinum in lib. vii. in capto de cura fracture cranei p potionem. ℞. matrissilue recentis vel passe vel etiam ficce ad libitum ⁊ decoque in optimo vino donec minuatur tertia pars ipsius. deinde coletur ⁊ tunc habeas terbentine. ⁊ cere citrine ana. ℥. iiij. olei rosa. ℥. ij. liquefiant. ⁊ coletur supradictum vinum. deinde tandiu cum ipso vino ducatur cum spatula donec infrigidatum fuerit. ⁊ tunc colligẽ ⁊ ponere.

¶ Istud emplastrum secundum Nicolaum est emplastrũ bonũ quo cõmuniter vtimur. ego vero existimo qd̃ istud emplastrum fit in vsu. in partibus florentie sub nomine emplastri bouini. sed apud nos est vnguentum matrissilue ⁊ sic si legis istud emplastrum bouinum cum vnguẽto matrissilue quod supra positum fuit videbis quod quasi idẽ sunt.

Emplastrũ de adipib̃ ꝑm Galie. in libro secretorũ. ℞. adipis agni. adipis porci vrsi vituli. cerui. hirci. asini siluestris. anatis. gallie. vulturis ana omnium. ℥. i. olei fisamini. olei de cherua. olei lentiscini. medulle cruris vaccini. olei amigdalarum amarorum. cere albe omnium ana. ℥. s. cere rubee. butiri vaccini omnium ana lib. i. liquefiat. ⁊ coletur ⁊ administretur.

¶ Istud emplꝰm non est in vsu. vez loco eius vtimur vnguẽto qd̃ appellaf vnguẽtũ de adipib̃ de quo vide supra.

¶ Agnus autẽ ac porc̃. vrsus vitul̃ ceruus hircus sunt animalia que omnibus nota sunt.

¶ Asinus siluestris: de asino siluestri nullum auctorẽ inuenio mentionẽ facere. Auic. vo in. ij. cañ. facit cap. de asino sed non dic an sit domesticus an sil. ⁊ dicit q̃ cinis carnis asini ⁊ epatis eĩ cũ oleo valet suppositus fissuis frigoris

Vultur est auis maligna q̃ alias aues offendit vngulis ipsius ac cum rostro vt ē notũ apud aucupes. Papias inquit vultur a volatu tardo nomiata dr̃. idez ifra vultures sicut ⁊ aquile vltra maria cadauera sentiunt.

Oleum fisaminuz. i. de granis fisami. oleuz de cherua. i. de pẽtadactilo seu cataputia maiori: oleum lẽtiscinũ. idem de granis lentisci que in insula chio inuenitur. ⁊ ꝑm multos gummi ipsius arboris mastix appellatur. ⁊ c̃.

Expleta sectõe de vnguentis emplastris ac cerotis. cã que vltima est iuxta ordinem premissum. sectionẽ de oleis agrediemur. si nos oleo gratie sue perfuderit dominus: cuius in fluxu deficiente in nihilum tẽdunt vniuersa. qua exacta huic operi nostro finem statuemus. ad alia forsan non viliora accessuri.

Leum de amigdalis dulcib̃. oleum d̃ amigdalis amaris. oleu de nucib̃. oleu de auelanis. oleũ de crisomilis. oleum de perficis. oleum de been. oleum d̃ cherua oleum de carthamo. oleum de nuce indica. oleum de cerefis. oleum de amachaleb. oleum de granis citri citrangulorum. oleuz de fisticis. oleum de pineis ⁊ sic de singulis.

Oleoꝝ genera sunt multiplicia. quedã sunt que ab ipsis seminibus fiunt. ⁊ hec sunt simplicia sicut oleũ de amigdalis dulcibus ac amaris. ac alia supradicta. quedã sunt composita que artificialiter per impositionem medicinaꝝ in oleo antiquo fiunt. non oportet enim narrare modũ ⁊ formam faciendi olea supradicta. fiunt enim p expressionem eorum vt docet Mesue ad quem si necesse fuerit recurraf. hec autem olea plurimis nota sunt.

Amigdala dulcis dr̃ ad dratam amare. Amigdal̃ aũt arbor ē. eius folia fructus ⁊ gummi medicine competũt.

Amigdala amara aptior est in medicina. sed dulcis esui. Pe. de crescentijs ait. amigdalus ē arbor satis nota. eĩ q̃ dẽ diuersitas in fructib̃ due sunt quoniã q̃dã facitũt fructus dulces q̃dam amaros. Dulces esui bolũ in cibũ cõpetunt amari. quia sunt callidiores magis cõpetunt vsui medicine. Item quedam sunt valde grossum ⁊ durum hñtes corticẽ quedã subtilem. ⁊ quedam amigdala ē longa. que daz quasi rotunda. ⁊ quedã grossa. quedã parua eligende sunt grossum rotundum ⁊ subtilem corticem seu testam habentes. amant aerem clarissimum.

¶ Nux grossa. i. vsualis. vz. illa que comeditur de qua fit oleum. quo aliquando vtimur pro faciendo lumen loco olei seminis lini. aliquãdo vtimur i cibarijs loco olei oliue. ⁊ hec nux est illa que apud Dias. vocaf carea basilica. i. alexãdrina q̃z multi pficã vicũt. quidã vocãt ipsaz nucẽ regalez que idem est. Petrus de crescen. inquit nux a nocẽdo dicta eo q̃ eius vmbra noceat aliis arboribꝰ. Jo. angilic. in cap. de discrasia calida epatis laudat ipsaz. ⁊ facit verficulos sic Nux homini salus ē si sumitur vt medicia Si velut esca daf non est salus imo ruina.

¶ Auelana aũt ē fructus satis notus. maxie auelana vsualis. Isido ait. auelane ab auelano cãpãie oppido vbi abundant cognoiate sunt. he a grecis pontice appellank. eo q̃ circa ponticum mare abũdãt. Auelana aliq̃n pro põdere sumitur. Jo. anglicus in cap. de discrasia calda epatis laudat auelanã. ⁊ est verficul̃ sic. Dic auelanas epati semper fore sanas. Sanãt reumaticos fridos ⁊ hydropicos. i. qñ assank. Idem in cap. de passiõib̃ stomaci ait. dico tm̃ hic de auelãis. q̃ inter fructꝰ post ficus ⁊ vuas sunt meliores

¶ Crisomila apud nos est fructus similis perficie. ⁊ computant ipsam iter genera ipsius. Pet. de cresen. vocat ipsã moniachã. ⁊ ait. moniacus ē arbor quedam quasi similis pruno. sz est magis nodosa. ⁊ eiꝰ fructꝰ est magnitudinis

omnium prunoꝝ. sed similis fructui perficorum in forma est tamẽ valde odoriferum ⁊ i colore auri. Bartholomeꝰ mõtag. in consil jo de exsiccatiõe ⁊ ꝓsumptione emorroydarum: ⁊ restrictione immoderati cursus earuz inquit. ap probatum est oleum de crisomilis. ⁊ sum fructus parui perficis aliqualiter similes coloris aurei cum maturescunt. ⁊ ideo nominantur crisomila a cris grece quod est aurum: ⁊ milon malum. vnde crisomila quasi aurea mala: ex quorum nucleis tale perficitur oleum. vt dicit Mesue. Salic. in libro secũdo de alimẽtis ait. armeniacis ⁊ prechochijs. i. crisomilis. Isido. armeniacum dicit quod primum genus eius ab armenia sit adductum.

¶ Persica fructus sunt satis noti. Plt. aũt a regionibus distinguit eius genera. Pet. de crescen. ait. pficus ē arbor nota. que parua est. cito tñ crescit. ⁊ paruo tẽpore vsuit.

¶ Been. i. de granis been. hoc oleuz a multis iguorãtib̃ dr̃ muscelinum. sed nõ recte. nam muscelinum dr̃ a musco Mesue de ipso facit cap. ⁊ inquit. been est granũ almesue ⁊ eius aliud magnũ alid paruuz. magnũ aũt est in magnitudine fructus auellane triangulatũ. parum vero ē sicut cicer. ⁊ vtrũq̃z hz medullã vnctuosam leuẽ ⁊ albã. ⁊ B apd̃ Dia. vocatur balanus reperficus. cuius semen ē semini arboris simile mirsitco. i. tamarisco. vt hz Serap. in eodẽ capitulo ex verbo. Olas. Auic. in. ij. canoñ. de been duo facit capitula vnũ de ben scriptũ cum vno e tm̃. ⁊ hoc ē granũ ben. aliud. scribit cũ duob̃ e. ⁊ iste fuit ille radices gbus generaliter. vtimur pro been albo ⁊ rubeo. Joannes anglicus in capitulo de sterilitate inquit oleum de been. i. de pipere albo est optimum in illo casu. item Dinus florem. in lib. ij. in ca. de cura apatis dori inquit. oleum de been. i. catapuria illa alba grossa quam speciarij piper album vocant. hic textus est falsus. nam oleum de been non est de catapuria. nec aromatarij eius semen vocant piper album ẽt opinio luminis male lucentis est quod been fit semẽ catapucie. quod nõ est. qz vide q̃ hic Mesue docet modũ faciendi oleum de been ⁊ oleuz de cherua. i. catapu[illegible] ergo nõ sunt idẽ. nec ē pip albuz. qz pip albũ apd̃ oẽs est notũ ⁊ vocaf leucopip. d̃ quo infra in oleo de piperib̃. descriptio ipsius olei inuenitur. idẽ reperitur apud Dias. sub nomie olei balanini. quod ꝓficitur vt amigdalinum.

¶ Cherua. i. catapuria maior. Mesue de ipsa facit capitulũ sub noie albemesuch. ⁊ dicit q̃ est granũ regũ. ⁊ ē ex eo aliud magnum aliud paruũ. ⁊ dr̃ q̃ magnũ est cherua magnum ⁊ paruũ ꝓpetũt vsui medicie. Auic. in. ij. canoñ. i. ca de oleis inquit. oleum de cherua est bonum lentiginibus ⁊ panno idẽ in. v. habz duas descriptiones. de hoc oleo est vnum compositum quod in vsu nõ venit. Aliud simplex quo magis vtimur. hic possumus videre veritatem quod been non est catapucia vt dicunt multi. cherua autem apd̃ Dia. vocatur cici siue fisamus agrestis. sed apud Serap. vocatur catapucia maior. ⁊ ab aliquibus dicitur pentadactilus. ⁊ ab alijs mirasol. ⁊ ab aliquib̃ custos horti. ⁊ ab aliquibus solsequia. minor vero est sicut planta habens folia longa. ⁊ in hortis nascitur.

Lactuca asini vel muscellina: qō idē est lati. gre. anchusa.ara.abuglisse vel sinarem: vel sincarez. DIASCORIDES.ca.de anchusa. Eius genera tria: quarū vna folia habet lactuce silia: sed acuta pilosa ⁊ aspera: nigra ⁊ spinosa. Radix ē ei digiti hīs grossitiem: ⁊ colozis sanguinei in estate potissime ificiens digitos: nascit locis cultis folia plurima habēs in giro super terrā spansa. lege eam mēse febzuary. Radix eius redarguit ⁊ stipticat. POSSE. cōbustionib⁹ medet cera ⁊ olo addito: vulnera renū optime curat. ignē sacrū cum polenta extinguit. maculas cozpozis ⁊ lepras cuz aceto ipsita mūdat. supposita mēstruis imperat abozsum facit. Elixatura eius stericis mulierū recte adhibet. freneticis ⁊ spleneticis opitulat. febzientibus cum mulsa dat. nō febzientibus cū vino. folia ventrē stringūt cū vino bibita: ipsaqz berba decoctiōe arcuatū mozbū sanat. Itez in oleo decocta cum cera vstionib⁹ ⁊ vlcerib⁹ difficulter cicatrizantibus apponit. Est alia anchusa: quā multi Alchidion dīt: suprdicta paruior est: qz folia minora hz ⁊ asperiora superiore: virgas silēs: vt supra sup qs flozē purpureū aut feniceum. pfert. radices ruffas hz ⁊ oblōgas. Nascit locis arenosis. vtus ē radici ⁊ folys ei⁹ vna. Pli⁹. li.zz.ca.19.⁊. zo. POSSE. mozsib⁹ venenatis occurrit: sed manducata ⁊ bibita: ⁊ colligata vim venenozuz nō admittit: ei⁹ folia si masticata cōspueris serpētē occides. Est alterū gen⁹ silē suprdicte: sed min⁹. semē hz colozē feniceū. POSSE. istud silr masticatū ⁊ cōsputū celeri⁹ serpētibus ifert mortez. Radix ipsi⁹ cū cardamomo ⁊ ysopo bibita modo oxifabi vnius lumbzicos latos occidit. GALIENVS.6. sim.phar.ca.anchusa. Anchuse vē nō eiusdē oēs sunt virtutis. Nā ea qdē que anomachia. appellat stipticantē silr ⁊ subamarā hz radicē sufficiētē qdē cozpi cōdēsare ac mediocriter subtiliare: ⁊ abstergere ⁊ lauare colicos ⁊ subtiles hūozes. dictū est aūt in pozib⁹: q pontica qualitas admixta amare nata est hoc facere. POSSE. valet ad hicteritiā. spleneticis ⁊ freneticis vtilis est. Est aūt sufficiēs ifrigidare. cataplasmata quoqz cū farina ozdeacea herisipillatis cōferre. Abstergit aūt nō solū bibita: sed defozis apposita: q̄ obzem mozfeas ⁊ lepras sanat cuz aceto. Radicis qdem opera sunt hec: ⁊ vtutes opationuz he qdem dicte sunt: frōdes vero plāte debiliozes radice sunt: nō tñ excludunt ab actu stipticādi ⁊ siccādi. vñ ⁊ diariā sanare cū vino bibite: ea etiā que appellat anchusa herisipilantibus cōuenit: silr ⁊ radicē hz stipticiozē anomachi: eius vero que anothali: ⁊ alcibiadon vocat: vtus qdez est farmacosis: ⁊ mox igit ⁊ plus hz acredinis: q̄z ad gustū ⁊ serpentibus ⁊ mozsis sufficit: cōpetit cataplasmati apposita ⁊ comesta. Reliq̄ vō que quarta est ⁊ parua: ⁊ fere inoiata qdē similis est altibidion. amarior aūt ⁊ farmacosior: q̄ propter ⁊ ad latos lumbzicos idonea in multitudine oxifabi: cū ysopo ⁊ nasturtio bibitur. AVICENNA facit quatuor capitula. s. Abugilise. simar hearfelus.
Lactuca domestica. qd est .l.hkas.
Lactuca maria.i. titimall⁹ Cornelius cel.
Lacuna.i.terra sigillata.
Ladacr.i.bdellium.
Ladanum.i.laudanū. ara. scrobo. ab berba vñ colligitur ladā dicta. Pli⁹. lib.iz.cap.18.
Ladarf.i.ypoquistidos.
Ladarhasach.i.iusquiam⁹
Ladil. Ladili.i.trifoliuz.
Ladion.i.oclus bouis. Rasis.4.⁹affozis. in fine.
Ladri.i.variole.
Laeg.laegi.i.gladius.
Laegifoz.i.zedoaria.
Lafri.qd est.l.nakala.
Lagana.qd est.l.beuda.
Lagaos.gre.i.lepus.
Lagazaz.i.alexandrū.
Lagia.i.lepozina.
Lagiafir.i.piretrum.
Lagiasich.i.piper album.
Lagine est spēs cozrigiole. Pli⁹.li.z4.ca.15.in fi.
Lagooptalmia. banc habētes sunt qui cōducta palpebza superiozi oculum regere minime possunt. Demost. fit sepe cicatricis ⁊ tractu sic dicta a silitudine lepozum qui etiā dormiūt patētib⁹ oculis.
Lagogetos. gre. aspalax. i. talpa.
Lagoceros. Diasc. i. trifoliū lepozinum.
Lagopos. gre. Steph. Dia. idest pes lepozinus. i pratis ozitur ⁊ locis cultis: ⁊ vbi oliue abūdāt habet folia pusilla triāgularis forme per oēs ramulos vtringz ab ambobus laterib⁹ cōtiguata per totā humilē plantulaz expansam sup faciē terre i multis locis nascit.
Lagos. Lagoos. Lagaos. gre. i. lepus. Lagus idē.
Laguston.i.scozdeon.
Laguslu.i.ciperum.
Lahab. ara. saluia. Busach Auicē. duo hic fac capla
Lahabū. bali. ē mucillago cuiuscūq; rei vt psilu: seminis lini: fenugreci ⁊c. ara. lababe.
Lahadrol.i.cicuta.
Lahana. lahanon. vocant. gre. oia olera.
Laieralmanaci. Laieralmanaç. qd est .l. laieralmarien.
Laiet. altais. ara. berba bircina.
Lakana. idest lapsa. Ha. ca. de caule.

¶ La. CCCLXXX.

Laieralmarten. alkelilgebel.i.cozona montana. ara. gre. libanotida. lati. rosmarinus. SERAPION. lib. aggre. ca. laieralmarien. est arboz marie: ⁊ ē alpinalfac. ⁊ ē xacola: ⁊ dicit auc. Dias. Spēs libanotis sunt tres. vna earū hz semen qō nominat facbi: ⁊ hz folia silia folys maratri: nisi qz sunt latioza parū grossioza: ⁊ extēdit sup terraz circulariter hīs bonū odozē: ⁊ lōgitudo stipitis ei⁹ est bzachy vni⁹ ⁊ plus ⁊ hz multos ramulos: sup quoz sūmitates sunt capitella: in qbus est semē albū silē semini plāte spōdilion noiate. mūdū angulosum acuti sapozis. in cui⁹ odoze est silē odori resine pini: ⁊ qñ masticat mozdicat linguā. Radix vero eius est alba multū: cui⁹ odoz est sicut thuris. Et est spēs alia silis suprdicte: nisi qz semē eius est latū nigrū silē semini plāte spōdilion boni odozis: sed mozdicat linguam ⁊ hz radicē exteri⁹ nigrā: iterius vero albā. est spēs alia similis suprdicte: nisi qz ipsa nō hz stipitē: nec semē nec flo

rem: ⁊ nascit libanotis locis petrosis ⁊ agrestib⁹. Plini⁹ li.z4.ca.ii. vltra mediū. POSSE. SERAPION. auc. Hal. vtus oīum specieꝝ est silis ex hoc q resoluit mollificat abstergit ⁊ ticidit: ⁊ succ⁹ berbe qñ miscet cū melle curat obscuritatē visus: que fit ab humiditate grossa: hz species illa que hz capitella: quā Romani Rosmarinuz vocāt: qñ dat in potu cōfert bicterico. Idē auc. Dias. Emplastrū ex folys cuiuscq; speciei cōfert fluxui sanguinis emozroidarū: ⁊ sedat apata ca. ani: ⁊ extenuat emozoidas egredientes: ⁊ maturat scrofulas: ⁊ apata difficilis maturationis: qñ radix eius administrat sicca cū melle mixta mundificat. Et qñ sumit in potu cū vino cōfert toztionib⁹ ventris: ⁊ cōuenit mozsib⁹ venenosis. puocat vrinam ⁊ menstrua: ⁊ qñ fit emplin cū ea humida soluit apata flegmatica: ⁊ qñ expzimit succus radicis eius ⁊ aliarū partiū eius ⁊ miscet cū melle: ⁊ fit ide colirīū acuit visum: ⁊ semē ei⁹ qñ sumit in potu facit oīa hec: ⁊ qñ sumit in potu cū piperre ⁊ vino cōfert epilēsie ⁊ dolozib⁹ pectozis antigs. ⁊ bicteritis: ⁊ qñ miscet cum aceto fozti curat mozfeā. ingredit aūt semē eius in syrupis: verū semen illius qō dicit fachi nō est administrandū in potionib⁹ que sunt ad cancruz: ⁊ qñ miscet cū oleo: ⁊ linit ide cozpus. puocat sudozez: ⁊ sic cōfert hydropisi: ⁊ terit ⁊ miscet cū farina loly ⁊ aceto: et fit emplin cōferēs attritioni lacertoz ⁊ podagre. Sz libanotis quā romani vocāt Rosmarinū: ⁊ ē plāta quā multi ponūt i cozonis: hz vgas multas nō grossas flexibiles humidas sup quas sunt folia multa densa: subtilia lōga: ⁊ hz virtutē calefactiuā ⁊ desiccatiuā multū: ⁊ admiscet reb⁹ qbus abluit caput ⁊ pulueriza de ea sup caput. ⁊ dimittitur sic tribus dieb⁹: ⁊ postea abluit ⁊ cōuenit oculis qbus currūt humiditates: ⁊ cōfert bicteritie. Et idē auct. Aben Mesuay est ca. ⁊ sic. in tertio. ⁊ pfert cozize frigide ⁊ alcohol cuz eo ⁊ melle cōfert aque descēdenti ad oculum.
Lalaf. lalafa. idest trifoliū Constantinus.
Lalasoz. idest arsenicum.
Lama. PLINIVS. li.iz. ca.18. in pncipio.
Lamam vocāt arboze spinosaz in idia: ⁊ in arabia nascētē in q̄ fit mastix.
Lamil. lamili. idest vinee.
Lamiuli. idest iunipers.
Lambzusca. i. vitl agrestis .l. Enantium.
Lana aliqñ capit p auripigmēto. Hal. ad paterñ.
Lana sucida. i. non lota. bona est de collo non mollis ⁊ femozum ⁊ bene lota. pro qua. l. tauf.
Lanadachis. i. fructus mā dragoze femininum.
Lanā idest auripigmētuz.
Lanaria idest structiuum: vel cōdes. Dia. paliurus eo q ex eo lana lauatur.
Lanceolata. idest plātago minoz. Macer.
Landeabellafesin. lanea belafesin. i. xilobalsamū
Landrus qd est. l. nerion.
Landume. idest sempuiua
Lanfea idest scozdeon.
Lanu idest cartafilago.
Lanzeden. i. icuzbenden.
Lampas alchutrub. qd est Auicen. secundo cañ.
Lampiris gre. nocticula incendula.

¶ La. CCCLXXXI.

Lappa. idest mēta fm quosdā: sed falso. Nā lappa maior est bardana: et est alia lappa minor que habet folia obzotūda vt atriplex. de q̄ Dias. sanctionaut fagalinon. vel Aparine: ⁊ est dicta inuersa que hz caudam igentē per terrā dispersam. hec berba a grecis philātropos vocat: eo q vestib⁹ hominū adhereret ob aspitatem sui: nascit iuxta muros: ⁊ est bardana. PLINIVS. lib.zi.ca.17. de lappa. Est duplex que adherescit q in ipsa flos nascit nō euidēs: sed occultus itus ⁊ itra se seia velut aialia que itra se pariūt. PAVLVS. cap. lappa. Est duplex. ex ea est maior ⁊ minor. maior vocat bardanus. lati. ⁊ gre. ethiopis: ⁊ est masculus carēs semine. minor vocat bardana: ⁊ est femina faciēs lapas ⁊ semina adherētia pānis: ⁊ vocat lappa inuersa. GALIENVS. 6. simpl. phar. cap. de lappa. Aristrū siue psonatia vel lappa: qō quidam persepidā vocant: folia eius sunt cucurbite similia: nisi q̄tenus sunt durioza ⁊ minoza. diafozeticum est ⁊ siccatiuū habet autem ⁊ quid stipticitatis mediocris: idcirco ⁊ folia eius veterum vulnerum sunt sanatiua.
Lapaciolum. idest lapa acutum: ⁊ est spēs lapaty.

¶ Lapitulum. CCCLXXXII.

Lapatium. lati. vel pratella. gre. Lapaton. Auicen. Acetosa ozigma. lapaton bemason. Step. ⁊ est aliud q̄z lapagos: cui⁹ due sunt spēs: acutū .s. ⁊ rotūdū qō sic dī: qz rotūda hz folia: ⁊ acutū acuta. cuz simplr ponit. pro rotūdo itelligit apud nos ppzie dicitur acetosa quedā spēs lapaty: que maxime in nemozib⁹ inuenitur. differt ab alys speciebus lapaty: solū q̄ folioz iferioza qbus virgis adherēt duas barbulas vtringz habent sicut iarus: ⁊ q̄ acetosi sapozis ē valde. DIASCORI. cap. de lapacio. ponit q̄tuoz eius genera vel spēs: vnū qō māducat: ⁊ est illud qō vocat isipidū. alteruz qō dī oxilapaciū: ⁊ acetosum lapatiuz: ⁊ illa ē berba que vocatur acetosa que in locis humidis nascit. ⁊ in summitate eius sunt folia acuta ⁊ dura: veruz meli⁹ est qō in hozts nascit. Est aliud agreste ⁊ minus bonū simile plātagini: sup terram spansum ⁊ molle. Est aliud qō multi zadam dicūt folia similia lapatio agresti habēs ⁊ virgā minozem. semen ei est acutū ⁊ ruffum siue subnigrū ⁊ triangulatū ⁊ viscidū sup virgā habēs semē: ⁊ lati. dicit lapaciū acutū. Macer. Pli. lib.zo.cap.zi. in fine. POSSE. valet cōtra scabiem empetiginē ⁊ serpiginē. si accipiat succus eius ⁊ oleuz nucis ⁊ pix ligda: ⁊ simul buliant ⁊ colet: ⁊ colature addat puluis tartari ⁊ sulphuris: ⁊ fiat vnguentū ad apostemata maturandū lapatiū acutū tritū: ⁊ in oleo decoctū: ⁊ cuz axūgia superponant. cōtra splenis duritie succus lapaty acuti cū storace ligda armoniaco ⁊ aceto cōficiat ⁊ dimittat trib⁹ diebus: postea fiat decoctio ⁊ colet: ⁊ colature addat cera ⁊ oleū: ⁊ fiat vnguentū. Aqua vel vinū decoctionis ei⁹ soluit opilationē splenis vel epatis. Contra scrofulas nouellas fiat emplin ex lapacio acuto ⁊ axūgia simul cōtritis. Crispelle facte ex lapatio acuto valet asmaticis ex frigida causa. GALIENVS. 6. simp. phar. cap. de lapatio Est modice diafozeticū. Acutū vero lapatiū mixta simul cū diafozetica ⁊ repercussiua participat quadā qualitate. semē vero eius hz qō stipticuz manifeste vt disinterias ⁊ diarias sanet: ⁊ maxime id qō est acutū. Equinū aūt lapatiuz in nemozib⁹ quidē generat vtplurimū aūt est eiusdē qdem cū pdictis: debiliozis vero virtutis. DIASCO. lapatium ventrem mollit crudum tonsum ⁊ cataplasmatibus adhibitum cum oleo ros. durities spargit.
Lapadione. idest lapago.
Lappago purpurea est aliud q̄z lapatiū: ⁊ vocat personatia: ⁊ est berba habēs folia magna: quā Dias. vocat apparme: quā greci philoantropon vocāt. vnde Dia. facit vnū caplin de apparme. i. lappagine: ⁊ aliud de lapatio Nā primū scribit per binū. pp. ⁊ aliud scribit per vnuz p. ⁊ istius quatuor sunt genera. Intra que est berba dicta acetosa: vt apparet in. l. lapatium: ⁊ quid est lappago. l. apparme. Plinius lib.z6.capi.io.
Lappa inuersa. quid est. l. lappa.
Lapara. gre. abdomen pinguedo.
Lapatos. gre. glis lappa. Lapatū. i. filix.

¶ Lapitulum. CCCLXXXIII.

Lapis abeston. fm Alber. est colozis ferrei qui fm Pliniū in arabia inuenitur. vel in archadie montibus. lib.37.cap.io. POSSE. Albertus. virtus mirabilis eius in tēplis deoz est manifesta: eo q semel accēsus vix aut nunq̄ poterit extingui eo q naturam habet animalis: quod salamandra vocatur cuz modico humidi

vnctuosi pinguis inseparabilis.

¶ Capitulum. CCCLXXXIIII.

Lapis absinthus.fm Albertũ.est de genere gẽmarum colozis vitri rubeis vgulis. POSSE. huius vtus fertur eẽ sicut lapis abescarius lz satis remissioz.naz accensus pmanet calidus per dies .7. vel amplio ppter eandẽ causam que dicta est de lapide abescario. lapidis etiã huius vtus est in ,puocãdo ⁊ augmẽtãdo fluxũ sanguinis:vt experimentatozes asserunt.

Lapis achates.gd est.l.Pliniũ.li.37.ca.io.in pncipio.

¶ Capitulum. CCCLXXXV.

Lapis adamas.lat.ara.bager subedhig. SERA. li.aggre.ca.bager.subedhig. Est mes fluminis in quo est lapis de mes:⁊ est flumẽ ad qõ nũq̃ iuit aliquis nisi Alexãder:⁊ est in finib⁹ cozascemi:⁊ coloz eiº approximat colozi salis armoniaci:⁊ est fri. ⁊ sic.in q̃rto. Et idẽ auc.Diaſ. Est lapis quo vtunt aurifices ponẽtes in sale ad sculpendos lapides. Enax in lapidario suo. Est lapis adamas durissimus quadratus semp taxill' similis parũ cristallo obscurioz:colozis tñ liuidi fulgẽtis adeo solidus vt nec igne nec aliq̃ re frãgat molescat ⁊ soluat.soluit tñ ⁊ molescit sanguine ⁊ carne yrci.p̃cipue st yrcus ante aliquãdiu biberit vinũ:vel comederit siseleos mõtanũ vel petroselinũ.qz talis yrci sanguis etiã ad frãgendũ lapidẽ in vesica valet. soluit etiã lapis ille a plumbo:⁊ nõ trahit ferrum:eo q̃ nõ fit ,pprius locus generationis eius in minera ferrea:vt gdã mẽdosi dixerũt.maioz autem quantitas est inuenta ad magnitudinẽ auellane. Nascit autez in arabia ⁊ in cipro: sed cipriũm est magis molle ⁊ obscurũ. ⁊ hic lapis qñ magneti supponit ligat magnetẽ:⁊ nõ pmittit eum ferruz trahere. Maioz aũt vtus eius est in auro argẽto ⁊ calibe.vnde lacerto sinistro alligatus valet contra hostes ⁊ isaniam.⁊ idomitas bestias:⁊ cõtra iurgia:et rixas:⁊ venena:⁊ icursiões fantasmatũ:⁊ icubozũ:⁊ succuborus. hũc aũt lapidẽ gdã magnetẽ vocauerunt:⁊ gdam eundẽ ferrũ attrahere mẽtiunt. POSSE.SERAPI. iste lapis hz duas vtutes que raro aggregant in alio lapide.vna earũ est q̃ nõ cõiungit alicui lapidi q̃ nõ frangat ,ppter hoc cooptant fragmẽta eius in summitatib⁹ ferri asperſi ad perforandũ:⁊ pforant cuz eo lapides aly sicut smaraldus tabarzet zaphirus ⁊ alie gẽme. Alia vtus ẽ q̃ si accipiat granulũ vnum ex fragmẽtis eius:⁊ gluctinet in sũmitate ferri cũ gluctine romano:⁊ ĩtromittat in vesica per foramẽ virge frãgit lapidẽ. hz silr aliã ,ppriatez qz nihil frãgit lapidẽ hũc nisi plumbũ. Nam ipm rũpit et cõterit. Et idẽ auc.Diaſ.est lapis quo vtunt aurifices ponẽtes in stillis ad sculpẽdos lapides:⁊ cõfert gingiue fluxe ⁊ purificat dẽtes. Et idem auc.Haſ.abstergit fortiter:⁊ signũ huius est q̃ aurifices vtunt in hoc qõ idiget abstersione:⁊ nos iã expti sumus q̃ mũdificat dentes ⁊ abstergit:⁊ est calidus:⁊ ,ppter hoc admisceet in medicinis ,oburentib⁹:⁊ in aliqb⁹ desiccatiuis q̃ curãt gingiuas fluxas.

Lapis agapis.i.lapis indaicus.of coloze silis pelli leonis

¶ Capitulum. CCCLXXXVI.

Lapis Agates siue agapis fm Diaſ.in ,pprio capitulo hz maximã vtutẽ.l.qui colozẽ hz similem pelli leonis. Jsaac beniamin. Agathes ãt lapis niger est albis venulis in quodã modo speciei lapidis albesten: ⁊ inuenit alius modus eiusdẽ spẽi qui silis est cozallo.⁊ tertium genus plurimũ sui in creta insula nascit:qõ hz in nigro venas croceas.est quartũ genus idicũ ⁊ variũ:q̃si sanguine sit aspersum. POSSE.DIASCORIDES.valet ad morsum scozpionis:alligatus vl' illinitus cũ aq̃ statim tollit dolorẽ.tritus ⁊ vulneri aspersus:vel in potione cũ vino datus viperarũ sanat morsus.portatus facũdum suadentẽ amabilẽ ⁊ gratum portantẽ facit. Ysaac beniamin.primũ gdẽ genus aptuz est ad regũ formas quẽ lapidibus insculpunt:⁊ plurimi lapides habẽt capita regum ĩsculpta:⁊ cum iacẽt ad caput dormiẽtis fertur ostẽdere multa simulacra somniorũ:tertiũ aũt genus qõ creticum est facit vt adiuuet vincere pericula:⁊ virib⁹ cõuenit cordis.gratum ⁊ placentẽ facit vt dicit Enax.⁊ colozis facit hoiem boni ⁊ facundũ:⁊ iuuat eum cõtra aduersa.genus aũt indicũ visum fouet:⁊ valet cõtra sitim ⁊ venenũ. Cũ autem accendit odoziferum est valde.

¶ Capitulum CCCLXXXVII.

Lapis allabastrides.fm Diaſ.in ,pprio capi.est satis manifestus.nascit in alabastria egypti ⁊ syrie damasco.Pliº.li.37.ca.io. POSSE.DIASCO. est satis laxatiuº:⁊ mollit deniq̃ duricies ⁊ stomaci dolorem ceroto admixtus. ¶ La. CCCLXXXVIII.

Lapis allectorius fm Diaſ. in ,pprio capi.inuenit in ventribº gallorũ gallinaceorũ cristallo similis vel aque limpide.⁊ ait Albertus.q̃ iste lapis est nitens cristallo obscuro similis.extrahit aũt ex ventriculo galli gallinacei postq̃ castrat vltra quartũ annũ.⁊ gdam dicũt q̃ post nonũ extrahit.⁊ est melioz de gallo decrepito.maxima aũt buiº q̃titas est inuenta ad quãtitatẽ fabe. Pliº.lib.37.cap.io. POSSE.DIASCORIDES.qui secũ habuerit iuictus erit:vt a multis pbatũ est.nam gladiatoz habẽs euz in oze inuictus permanet:⁊ sine siti similiter:⁊ reges eum habẽtes fortiter bellabũt:⁊ expulsi a regno nõ solũ ,ppriã dominationẽ: verũ etiã alienã receperunt:mulieribº pderit portatus que volunt placere viro. Nam ,pbos ⁊ speciosos reddit portantes se.

Lapis alefekifa.i.lapis pontificis.Auicen.

Lapis alkali.ara.aseli.Auicen.

¶ Capitulum. CCCLXXXIX.

Lapis amandinus fm Albertuz.est gemma coloris vary.venenũ omne extinguẽs aut repimẽs:⁊ vincere facit aduersarios:⁊ plenam interpretationem somniorum facit intelligi.

¶ Capitulum. CCCXC.

Lapis ametistus fm Alber.est gẽma multũ communis ⁊ nota colozis purpurei:⁊ transparẽtis aliquãtuluz obscuri iuenium ĩ ista spẽ multe ,ntie sed gnq̃ sunt magis note ,propter ,rias obscuritatis oẽs acceptas.nascit melioz in hac spẽ in idia.est autez melioz ad sculpendũ.eo q̃ alius est minº durus. POSSE.operatur cõtra ebrietatẽ.facit hoiem vigilẽ. malas repimit cogitationes:⁊ bonũ in scibilibus cõfert itellectum.

¶ Capitulum. CCCXCI.

Lapis andromada fm Alber.est lapis colozis argentei:⁊ fm plurimũ in mari rubro nascit. est aũt quadratus ⁊ durus sicut adamas. POSSE.valet contra furozẽ ⁊ facilis animi cogitationẽ ⁊ tristitiaz:⁊ grauitatem.pro quo.l.lapis quadratus.

¶ Capitulum. CCCXCII.

Lapis aquile.lati.arab.bager athamach vel ecbites. SERAPION.lib. aggre.cap. bager athamac.lapis est idus qui cũ agitatur audit intra ipsuz lapis alius:⁊ minera eius est in mõtib⁹ idie iter chimoas. ⁊ sarandi iuxta littora oceani:⁊ vocat a grecis allcuians partum:⁊ hec ,pprietas est inuenta in hoc lapide aquile. Et idẽ auc. Rasis . Athamach ẽ medicina idie:⁊ est lapis similis castanee:nisi qz hz colozẽ vellereũ:⁊ qñ agitas ipm audit itra ipm lapillus:⁊ qñ frãgis euz egredit ille lapillus:⁊ est sicut auellana vergẽs ad albedinẽ. Et idẽ Rasis libro de ,pprietatib⁹ dixit q̃ est lapis silis ouo:⁊ hz itra se lapillũ. Alber.in lapidario suo.ecbites lapis gẽmarũ optima est colozis punicei:⁊ vocat a gbusdam aquileus:⁊ ab alys erodialis:eo q̃ aquile hũc ducũt ad nidum suũ iuxta oua sua collocantes eundẽ sicut grus iter duo ova que facit collocat.hoc.n.expti ad sensuz in colonia vbi grues fetus fecerũt multis ãnis in quodã cito.inuenit aũt ecbites fm plurimũ iuxta littora oceani vbi est optimũ genº ecbideoꝝ que sunt heredes auiuz.dicit aũt q̃ ĩ ipsa persia aliquãdo iueniunt. Est aũt modus eius q̃ in se continet aliũ lapidẽ qui in ipso sonat quando manu mouetur.

POSSE. SERAPION. Dic lapis aquile dr.nam cũ aquila vult parere oua sua defert hũc lapidez masculus a partibus idie:⁊ supponit eũ aquile:⁊ facit eaz parere facile:⁊ alleuiat eius dolorẽ:⁊ hoc idẽ facit mulieribus ⁊ oĩbus animalib⁹ qñ ponit sub eis in hora partus. Et idem auc. Rasis.qñ ponit in pecia:⁊ suspendit mulieri ĩ cossa qñ debet parere facit accelerare partum cum facilitate: ⁊ sum expertus hoc:⁊ inueni sic eẽ ⁊ oẽs cõcordant ĩ hoc q̃ alleuiat partuz qñ alligat cosse:⁊ iuuat qñ ponit loco peonie iuenit ad curãdũ.iste lapis iuenit apud nos.⁊ q̃ plures:⁊ verificaui de eo multotiẽs experientiã. Enax in lapidario.ca.de lapide agle ait.q̃ suspẽsus in sinistro brachio cõuenit pgnantib⁹:⁊ cõciliat amorẽ: diuitias auget vbi fert:⁊ impgnãtib⁹ ipedit aborsum:⁊ periculũ partuꝝ ritionis mitigat: ,pbibet casuz caducoꝝ.silr si de administratione veneni aliqs suspectus sit in cibo illo ,pbibet ne possit ab eo deglutiri cibº ille.si lapis subtrahatur mox deglutiet. ALBER. fertur autẽ q̃ suspensus in sinistro brachio conuenit pregnãtibus:⁊ conciliat amorez: ⁊ diuitias auget vbi fertur ⁊ impregnãtibus ĩpedit aborsuz: ⁊ periculũ parturitionis mitigat:⁊ ,pbibet casum caducoꝝ silr:⁊ qõ his mirabilius est tradũt caldei:q̃ si de administratione veneni ꝛc. vt supra:querũt aũt aquile hũc lapidem:⁊ ponũt nido suo:⁊ grues iter oua sua:sed in vno anno ponũt vnũ:⁊ in alio aliũ.dicũt aũt gdam q̃ faciunt ad mitigãdũ calorẽ ouoꝝ:vel corporis aquile:ne oua nimis calefiãt:⁊ hoc est ,pbabile.gdam aũt dicũt aliqd cõferre ad eoꝝ formationẽ aut viuificationẽ:q̃ aũt dicũt quidaz q̃ lapis ab alys auibus ouis interponat ne oua frangant falsum est.qz citiº ad lapidẽ q̃z ad seipsa collisa frangunt. Aiunt aũt alig q̃ si aliqs suspectº de veneno ꝛc. vt supra.

Lapis archadi.idest lapis gagates.

Lapis archadie.est lapis qui cũ accendit nõ extinguit.

¶ Capitulum. CCCXCIII.

Lapis armenus fm Pliniũ lib.35.cap.6.in fine est dictus ⁊ nominatus a regione illa ⁊ est liuidus ⁊ subalbidus:cuius melioz est habens colozẽ mediũ iter viridẽ obscurũ terreũ ⁊ idum:⁊ hz macularũ distinctiones virides ⁊ nigras. AVICENNA. lib. scõo. Est aliquãtulum azulini colozis:nõ tñ in coloze azuli:⁊ nõ est in eius soliditate:sed est in eo arenositas quedã:⁊ quãdo q̃z vtunt eo tictozes ⁊ pictozes loco azuli: ⁊ ẽ lenis tactu ⁊ diaphanus. IOAN.MESVE.lapis armenus inquit Alexãder a verificatozib⁹ est inuentus habere prerogatiuam in educẽdo colerã nigrã:cuiº operatio ĩcolumioz est elleboro nigro:⁊ vtuosioz lapide lazuli. Melioz ẽ hũs coloze mediũ inter viridẽ obscurũ ⁊ terreũ:⁊ indũ:⁊ hz macularuz distinctiones virides ⁊ nigras:⁊ qui nõ est in termino lapidis.imo facile dissolubilis: puluerizabilis: ⁊ q̃ est lenis tactu carẽs asperitate calide cõplexionis ĩ pncipio scõi.⁊ sic.in ipso :⁊ est resolutiuus abstersiuus:⁊ est ex cõturbantib⁹ ⁊ subuertẽtibus stõm:⁊ educit per vomitũ ⁊ ventrẽ:⁊ nocet stõ generãs subuersionẽ:⁊ faciẽs solonẽ cũ angustia. Et dixit Alexãder.nõ lotus soluit p vomitũ ⁊ ventrẽ cũ laboze.lotus aũt soluit per ventrẽ sine molestia. Ars aũt in lauando ipm est hec.teraꝛ cum facilitate in vase lapideo.deinde,fundat sup ipm aq̃ dulcis:⁊ lauetur sic terẽdo:fiat illud trigesies semp innouãdo aquã: ⁊ adhuc decies ⁊ lauetur cum aqua rosaꝛ. Et dixit Alchindus lauet cum buglossa post depurationẽ eius.acgrit.n. ei ,pprietas mirabilis ex hoc ad egritudies melãcolicas.

POSSE. AVICENNA. soluẽdo educit melãcoliã. plusq̃ lapis lazuli:⁊ ,ppter ipsum dimittit. Elleborus niger. IO.MESVE. Educit colerã nigrã cũ virtute:⁊ mũdificat cerebrũ ex ea: ⁊ valet ad egritudies eius melicas sicut mania: vertigo dolor capitis ⁊ epilẽsia:⁊ ad egritudines timoris ⁊ suspitiõis:⁊ ad leprã:⁊ ad egritudies splenis ⁊ cancrũ morfeã:⁊ fe.melicas. Dosis.non loti potio ẽ a.3.ʒ.vsq̃ ad.i.ʒ.3.⁊ loti potio ẽ.a.3.i.vsq̃ ad.y.

¶ Capitulum. CCCXCIIII.

Lapis asius.lati.ara.bager ,asios. Auicenna. SERAPION.lib.aggre. ca. bager asios. auc.Diaſ.ẽ lapis q̃ inuenit in Alexãdria: ⁊ flos eius lapidis noiat sica:⁊ ẽ quoddã apparens sup subam eiº simile puluери molẽdini:⁊ reperit etiã sub eo:⁊ circa eum: ⁊ ẽ lapis albus:⁊ oz q̃ eligat ex eo ille q̃ est albus lenis silis pumici subtilis cito frãgibilis.in quo sunt vene occulte: ⁊ sup quẽ ẽ flos vt sal rubeũ:⁊ ẽ hic lapis siccus silis spongie:⁊ generat sup euz farina:ex qua quedã ẽ alba quedaz rubea silis pumici declinãs ad croceitatẽ. Et quando applicat lingue mordicat parum. Et idẽ auc. Hal. nominat hic lapis noie acgsito a loco.i.asia.⁊ nõ ẽ oino durus sicut lapis:sed similatur in coloze suo ⁊ substantia sua lapidib⁹ qui reperiuntur in lauellis balnei:⁊ est tener ⁊ frangitur cito:⁊ sup ipm est silr pulueri reperti sup parietes molẽdini:⁊ hec medicia noiatur flos lapidis asios:⁊ ẽ subtilis ,ppter suaz subtilitatẽ dissoluit carnẽ sine mordicatione. Et idẽ auc.Diaſ.vtus huius lapidis ⁊ floris eius est q̃ curat vlcera ,pfunda que sunt difficilis sanatõis qñ ẽ siccus ⁊ aufert carnẽ supfluã que fit in eis que est silis fungi: ⁊ curat vlcera fraudulẽta:⁊ replet ea carne:⁊ mũdificat ea ⁊ qñ admisceẽ cũ melle ⁊ aceto cõuenit vlceribus fraudulentis: ⁊ non sinit ea augeri in corpore:⁊ quãdo admisceẽ cuz farina fabaꝛ:⁊ fit inde emplm podagre cõuenit multum:⁊ etiã duritiei splenis:⁊ qñ cũ eo fit loboc cum melle ,ouenit vlceribus pulmonis:⁊ cũ ponit ex B lapide super scabello:sup quod tenẽt podagrici sp pedes:dicitur cõferre eis:⁊ quando puluis eius aspergitur super corpora pinguia in balneo loco nitri extenuat ea:⁊ q̃ vult abluere lapidem hunc aut florem eius abluat:ficut lauatur clismia.Pliº.li.36.ca.17. ¶ Capitulũ. CCCXCV.

Lapis berillus fm Diaſ.,pprio cap.lucidissimus ẽ ⁊ clarus silis oleo. ALBER.in lapidario suo.in ,pprio cap.est colozis pallidi lucidi trãsparentis.vt limphe:⁊ qñ voluitur ĩ eo videt moueri aq̃.fm plurimũ aũt eius generatio ẽ in idia:sicut ⁊ multarũ aliarũ gẽmarum:sunt aũt multa genera ⁊ modi in spẽ lapidis isti⁹.sed melioꝛẽ ferũt q̃ magis pallet:⁊ plures hz guttas q̃ videntur in ipso manere. POSSE. DIASCORIDES. sculpit in eo locusta marina ⁊ sub pedib⁹ eius cornicula: ⁊ sub gẽma ponit herba sauina modico auro iclusa gestat amorẽ ,iugi ⁊ maiorẽ oium facit.pterea ad oculozũ vitia facit:⁊ ad oẽm valitudinẽ si aquã in q̃ missus fuerit potui dederis . ructus suspirioſos et epatis dolorem curat.

ALBER. fertur aũt habere opera multũ cõtra picula hostiũ:⁊ cõtra lites ⁊ reddere iuictũ: ⁊ in morib⁹ dicit efficere:⁊ ingeniũ bonuz dare.medicoꝝ gdam dicunt q̃ valet contra pigritiam suspiria ructuatiões:⁊ contra oculos humidos. Exptum est autẽ q̃ quando rotundatur ⁊ oculo solis apponitur qõ adurit:⁊ ignez accendit. dicunt aũt q̃ coniugium conciliat inter virum ⁊ vxorem.

Lapis berzath.i.lapis keme.l.bene albegi.

¶ Capitulum. CCCXCVI.

Lapis bezaar. lati. vel lapis liberãs a venenis.arabager bezaar. est tyriaca oium venenorum

SER A.lib.aggre.cap.bager bezaar.ē nomē perficū ⁊ ē
dictū expellēs nocumētū.⁊ hoc nomē cadit sup duo.vnū
sup oēm medicinā ꝓuenientē alicui veneno co ꝙ resistit
vtuti ei⁹⁊ expoliat nocumentū eius pp ppetatē q̄ ē i eo.
⁊ 2ᵐ qō cadit sup lapidē notū q ꝓuenit oib⁹ venenis cali
dis ⁊ frigidis cū tota sba sua ⁊ resistit ei bibit⁹ aut suspen
sus sup patiētē.putāt aliq̄ hūc lapidē eē q gnāt in oculis
ceruoꝝ i oziēte q cū ꝓpentes cōedūt vt ōponētes senium
fortiores fiāt itrāt flumē ibiq̄ mozanī imersi vsq̄ ad ca
put tādiu q̄usq̄ sentiūt veneni vtutē supatā.iterea lachri
mā emittūt q̄ coagulata i oculis iterdū vsq̄ ad magnitudi
nē nucis desiccat donec cadit cū flumē exierit:⁊ sic inueni
Colozis huius lapidis sunt multi. Nam ex eo est citrinus
velut puluerulent⁹⁊ machachi siue māibati ⁊ ille q pticipat viditate ⁊ ille q pticipat albedie. Melior vo oib⁹ ē ci
trin⁹⁊ post ipz puluerulētus.⁊ i B differt excerascen cuz
bezaar.⁊ expositio ei⁹ ē ꝓtra venenū ⁊ minera eius ē i ter
ra syrie ⁊ idie ⁊ i terris oziētis ⁊ multi lapides silanī ei q ñ
bnt suā ppzietatē neq̄ appzoximāt ei i opatiōib⁹ aliqb⁹
⁊ qdā ē q dicī coboboꝛi ⁊ marian ⁊ ē lapis i quo nullus
errat ſz multi errāt i alio q dī chindos ⁊ ē lapis multe bo
nitatis mollis tactu. Et idē auc. Raſ. Bezaar ē lapis ci
trinus mollis nō hns sapozē.vñ lapis ē vgens ad citrini
tatē ⁊ albedinē hns colozē vini ⁊ est leuis splendēs sicut
lumen.POS.SER A. Lapis bezaar ꝓuenit venenis.Et
qñ bibī ex eo pōdus.xy.granoꝝ ozdei aut fit linimentū
cū eo sup locū mozsus liberat naturaz a morte ⁊ expellit
venenū p sudozē ⁊ qñ ponī lapis i annulo ⁊ ponī in oze
ipsius q sumpsit venenū ⁊ fugit id aliquātulū ꝓuenit ei.
qñ tangī cū illo acule⁹ scozpiōis ,phibet ab eo postmōz
potētiā pungēdi.⁊ si terī de eo pōdus duozū granoꝝ oz
dei dissoluī i aqua ⁊ si ponī i oze serpētis suffocat eū sta
tiz ⁊ occidit. Idē auc. Rasis.⁊ ego vidi i ipso sufficientiaz
ad auferendū nocumentū:⁊ erat lapis ille quez vidi ver
gēs ad citrinitatē ⁊ ad albedinē hns colozē vini ⁊ cū hoc
erat leuis splēdens sicut lumē. Et iā vidi in eodē sufficiē
tiā illā quā nō vidi i alia medicīa simplici.imo ēt qō non
vidi i tyriacis cōpositi. Idē auctor. Dabamed.ꝓuenit ve
neno scozpiōis ⁊ qñ portat i anulo ⁊ sculpī in eo ymago
scozpiōis luna existēte in scozpiōe ⁊ aspiciēte ascendēs de
inde sigilla cū eo olibanū luna existēte i scorpiōe qō tritū
exhibe patienti ad potandū ⁊ euadet. Et ĩgt auc. Abdal
laanarach.vidi lapidē bezaar filij amamari custoditozis
legis dei ⁊ ē vez ꝙ ipse emit hūc lapidē ⁊ dedit pro pcio
ipsius palatium cozdube in principio guerre.

Lapis bolusarmenic⁹.i.lapis requiuay.

¶ Capitulum. CCCXCVII.

Lapis bozax.ſz alber.a q̄dā genere buffonis. no
miat qō ipz i capite portat.⁊ ēduoꝝ genez
vnū albū aliquantulū fuscū.⁊ altez si viuo adhuc palpi
tante buffone extrahī i medio hēt oculū ceruleū ⁊ tem
pozib⁹ nostris extract⁹ fuit vn⁹ de buffone paruus viri
dis.aliquos ēt vidim⁹ buffones habentes depictos in se
qō B genere dicebanī.vulgariter aūt cropodine dicī.
POSSE.ABERTVS. sordes purgant itestioꝝ ⁊ su
perfluitates. ¶ Capitulum. CCCXCVIII.

Lapis calcedoni⁹ ſz albertū ē pallidus ⁊ fusc⁹ ali
q̄tulū obscur⁹.hic si pfozat ⁊ collo suspen
datur dī valere ꝗ fantasticas illusiones ex melia ozta
etiam facit vincere causas ⁊ virtutes cozporis cōseruat.
⁊ hocvltimum expertum est multum.

Lapis calaminaris.i.climia.l.ponfollix cadimia.

¶ Capitulum. CCCXCIX.

Lapis Calcfarios siue cacafanos secunduz alber
tuz est niger.virtus eius est vocem clarifica
re ⁊ raucedinem mederi.

¶ Capitulum. CCCC.

Lapis Carbūclus q gre.antrax dī hic nō nālis ru
bin⁹ vocat ſz albtū lapis placidissim⁹ rubi
cundissimus ⁊ solidissim⁹ habēs se ad alios lapides sicut
aurū ad cetera metalla ⁊ qñ vere ē bon⁹ lucet i tenebris
sicut carbo ⁊ talē iaz vidi ego qñ tñ iam bon⁹ ⁊ verus ē
emicat in tenebris supfusa aqua clara ⁊ limpida i vase vi
treo mūdo polito.q aūt neutro mō lucet hic nō hēt nobi
litatē pfectā fm autē plurimū sui inuenī ī libia.⁊ ſz ha
beat differētias plurimas vt ait Enax q dicūt eū habere
xi.spēs oēs tñ dicunī esse cal.⁊ sic.fm plus ⁊ minus.
POSSE.ALBERTVS.hic solus oiuz aliozum lapi
dū vtutes habere dicī specialis tamē ei⁹ effect⁹ est vene
num fugare. ¶ Capitulum. CCCCI.

Lapis Celidonius fm Diaſ.i ꝓzioca.inuenī i ven
trib⁹ yrundinū cui⁹ genera sunt duo niger ⁊
ruffus q colligunī captis pullis yrundinū ⁊ scissis eozum
ventrib⁹ iueniunī.Alber. Ruffus iuolutus lineo vel co
rio vitulio ⁊ sub sinistra assella gestat⁹ dī valere ꝗ isaniā
⁊ ātiquos langozes lūaticā passionē ⁊ epilepsiā eodē mō
portatus.Enax aūt dicit ꝙ facundū gratū ⁊ placentē red
dit gestantē se.niger aūt vt Joseph dicit ꝓtra nociuos bu
mozes febzes ⁊ iras operat.⁊ lot⁹ aq̄ sanat oculos ⁊ ad fi
nez iceptū pducit negotiū ⁊ si inoluī folys herbe celi
donie dicī obfuscare visuz. Sunt aūt hi lapides parui
valde ⁊ tales iā vidim⁹ p socios nostros ō stomacho yrū
dinū extractos de mēse augusti.tūc.n.extracti magis va
lere dicunī vt frequēter āt duo simul i vna yrūdine in
ueniuntur.POSSE.DIA. Ruffus qdē sanat lūaticos
⁊ languidos ⁊ isanos i pāno mūdo ligat⁹ ⁊ i sinistro bra
chio egroti circūligat⁹.pterea facit gratissimos.portātes
se facūdos amabiles ⁊ ydoneos. Niger silr gestatus opti
mū finē iponit ad oēs iras regū ⁊ dominoꝝ ydoneus est
Plaz.q euz habuerit oibus placebit ⁊ ad arbitriuz suum
cūcta pducet. Sz cui volēt oculī terī cuz aqua ⁊ iungunī
⁊ sanabunī. Sed cū tollunī lapides cauendum ne pater
aut mater prope sit qz meliozē effectū habebūt.niger aūt
i pāno lineo croco tincta missus tertianas quartanas ⁊
quotidianas cōpescit aduersus omnē humozē aptus est
excellēter ⁊ cōtra iras ⁊ minas.⁊ lotus aq̄ sanat oculozuz
dolozes ⁊ ad finē iceptū ducit negociū. Sz si voluaī i fo
lys celidonie offuscat visuz. Sūt āt lapides parui valde.

¶ Capitulum. CCCCII.

Lapis celonites fm alber.ē purpurei colozis ⁊ va
ry dicī in cozde testudinis iueniri qz q̄dāz
sunt maxie testudines habētes domos q̄ sunt vt vere mar
garite ⁊ nitētes. POSSE. dicī ꝙ diuinatozē facit eū q
gestat sub ligua hāc āt vtutē nō dicī habere nisi qñ luna
est primo accensa ⁊ crescens ⁊ monoydes vltima decre
scens ⁊ dicitur hic lapis ab igne non cozzumpi.

Lapis cogalites.idest lapis aquile.

Lapis cogolites dicitur secundum albertum esse in quā
titate ⁊ colozē similis ossis oliue ⁊ alio nomine voca
lapis iudaicus.

Lapis cozallus secundum Diaſ.ꝓpzio capitulo maxi
mas habet virtutes.l.bassat.

¶ Capitulum. CCCCIII.

Lapis Conchily.hoc vocabulum ponitur in quo
dam Electuario Aui.quod est contra viti
um lapidis ⁊ quidam dicunt ꝙ est coclea marina que di
citur Conchilium. vt apparet in.l.Ostracozum ⁊ quidaz
dicunt ꝙ est Coclea limatiarum. secundum veritatem
lapis Cochily est Coclea pozfire marine. ⁊ est Cochi
lium marinum purpureum quod inuenies si.l. Ostra
corum.

¶ Capitulum. CCCCIIII.

Lapis Cozanticas vel Coraniū fm Albertū est la
pis cristallo similis ifecto colozе ceruleo q
dicī cadere aliqñ de nube cū tonitruo ⁊ inuenī in grania
⁊ hyspania ſz hispanus ē cādens vt ignis. POSSE. Pro
uocat dulces somnos ⁊ ad plia ⁊ causas vincēdas ⁊ ꝓtra
periculū tonitrui dicī operari.hoc similiter ait Enax.

¶ Capitulum. CCCCV.

Lapis Cozneli⁹.lat.ara.bager albatheth siue sala
chil.SERAPIO.lib.aggre.ca.bager alba
theth.Sunt eius multe spēs ⁊ multe minere.deferī eni
ex terris iameni ⁊ ex maritimis romanozuz.⁊ melioz ex
eis est q est plus trahēs ad rubedinē.Est aūt ex cozneliо
species alia silis in colore suo aque q̄ distillat a carnibus
salsis i quo sunt linee albe ifixe.Albertus i suo lapidario
lapis est colozis carnei hoc est ru.obscuri sicut carnis lo
tura.hic apud renū fluuiū iuenī frequentissime ⁊ ē val
de rub.colozē hēns fere sicut miniū ⁊ quando polī mul
tum nitet.POSSE.Exptū est ꝙ stringit sanguinē ⁊ pci
pue mēstruoꝝ ⁊ emozoydaꝝ. ferī etiam iras mitigare.
SER A.qñ ōfertur i anulo reprimit iracundiā. ⁊ cāz li
tis ante iudicē ⁊ reprmit fluxuz sanguis vñcumq̄ exeat ⁊
ppzie sanguinis mēstrui.⁊ quādo fit ex eo dentifriciū ab
stergit sordes dentiū ⁊ dealbat eos ⁊ facit eos pulchzos.

¶ Capitulum. CCCCVI.

Lapis cos.gre.ara.bager almasē. siue amēsen.lat.
lapis q̄ acuī ferruz vel olearola. SER A.
lib.aggr.cap.bager almensez. ē lapis quo acuī ferrum
POSSE.fricatio almensem que accipī ex lapide qui
dī ysachsen. phibet augmentari mamillas puellaꝝ ante
tēpus ⁊ testiculos pueroꝝ qz infrigidat. Et idē auc.Diaſ.
qñ acuī sup ipsuz ferrū aliqō ⁊ linī qō aggredī sup al
lopitiā facit in ea nasci pilos ⁊ liniunī cū eo mamille pu
ellarū ⁊ testiculi pueroꝝ ⁊ phibet eos augeri.⁊ conuenit
ap̄atibus amboꝝ eoꝝ. Et qñ sumī in potu cū aceto con
uenit dolozi splenis ⁊ epilepsie. Et fricatio ei⁹ ꝓuenit allo
pitie. vbi sciēdū ꝙ iste lapis vocat silr cos ocularia.qz in
ea fricanī siēf.oculoꝝ vel cos olearia.qz cū acuunī i ea i
strumēta ferrea aspgī sup ipsa oleū pro hoc.l.Lost.

¶ Capitulum. CCCCVII.

Lapis Crisolitus fm Diaſ.in ꝓpzio cap. lucidissi
mus est ⁊ silis auro. Alber.ē in colozе hns
tenuē viditatē lucidā in q̄ ad oculū sol micat vt stella au
rea ⁊ nō ē rarus.dicī autē venire de ethiopia.POSSE.
dicī ꝙ spūalia cōfortat pp qō tritus asmaticis dāī.ferī
etiā ꝙ pfozatus ⁊ setis asini in fozamē replet⁹ ac sinistro
brachio alligatus fugat tumozes melicos pessimos ⁊ hoc
dicī i phisicis.ligatus in auro etiaz posit⁹ ⁊ gestat⁹ fugat
fantasmata: ⁊ dicūt qdā ips stultitiā pellere ⁊ sapientiaz
adducere.DIA.hic applicat⁹ rasure auri filateriū est ⁊
tutamē aduersus nocturnos timores.ptusus ⁊ traiectus
cū setis asini ⁊ in brachio sinistro ligat⁹ oia ōmonia vicit.

¶ Capitulum. CCCCVIII.

Lapis Crisopassios.fm albertū gēma est ab ethio
pia veniēs.dicī lucē i tenebris ⁊ euanesce
re lumie supueniēte ita ꝙ colozē nō retinet quē hēt i ob
scuro ⁊ fit i ipso ſz diuersitatē lumis ⁊ tenebraꝝ reciproca
tio coloꝝ velut in quercu putrefacta ⁊ noctiluca. ⁊ de
oib⁹ his in lib. de aīa dedim⁹ rōnez pfectā.⁊ vide.

¶ Capitulum. CCCCIX.

Lapis Crisopassus. fm albertū est lapis q ab india
venit ⁊ raro iuenī.pp qō ⁊ carioz extimaī i
colore ēt est q̄si sit ex succo pozri vel prassij coagulato ha
bens aūt auri guttas pp qō ⁊ tale:nomē accepit qz crisso
aurū sonat i greco prassiū.i.vide viriditate pozri.vñ vsus
Maruby folia sunt prassia.prassaq̄ pozri.POSSE. vi
res habet lapides prassij ēt ad oēs cozdis passiones effi
caꝝ reperitur. ¶ Capitulum. CCCCX.

Lapis Cristallus fm albertū est lapis qui aliquā
do fit ex frigoze:aliquādo aūt ex niue sicut
sepe expti fuimus ⁊ in germania vbi multi inueniuntur.
vterq̄ aūt modus generatiōis facilis ex supiozibus erat
manifestus. POSSE. Dic frigidus collo solis oppositⁿ
ignē eycit si calidus sit hoc pficere potest. hui⁹ rō posita
est in lib.de ppetatib⁹ elementoꝝ ⁊ plantaꝝ. dicī etiaz
sitiz restringere sub lingua posit⁹:⁊ exptū est ꝙ tritus cuz
melle mixtus acceptus a mulierib⁹ replet vbera lacte.

Lapis.dabagreg.quid est.l.lapis smaraldus.

Lapis.de barchin.quid est.l.famechi.

Lapis delatus de regiōe macedonie.i.lapis iudaicus.

¶ Capitulum. CCCCXI.

Lapis demonis fm alber.est quidā lapis bicoloz
vt arcus demonis q yris vocatur.est āt de
mon dictus qō gre.itellectū vel stellā claram stillantem
sonat.POSSE. dicitur conferre febzicitantibus vene
nosa pellere ⁊ tutum ⁊ victozem reddere.

¶ Capitulum. CCCCXII.

Lapis diadochos ſz Alber.ē lapis pallidus. dicī
aliquantulū berillo silis.POSSE.dicitur
fantasmata intantū excitare ꝙ magi maxime hoc vtunī
tamen applicatus defuncto vires amittit quia mortem
odire perhibetur.hozum autem ratio haberi potest in li
bzis magozum hoc est hermetis tebit bencozat ⁊ ptholo
mei de quibus non est presentis intentionis.

¶ Capitulū. CCCCXIII.

Lapis Dionisia.fm alber. est niger guttatus rube
is guttis.POSSE. expirat vinum ⁊ odoze
ipsius vini fugatur ebzietas.qō mirabile apparet. causa
autem est ꝙ vinum non odore sed vapore opilando idu
cit ebzietatuz. lapidis autem huius odor simpliciter ape
ritiuus est ⁊ expulsiuus vpozum.

Lapis dissolutiuus.idest lapis iudaicus.

Lapis discaltis.idest scozia eris.

Lapis difriges quid est.l.Difrigis ⁊ lapis piritides.

¶ Capitulum. CCCCXIIII.

Lapis draconites.fm Albertū est lapis a Lapite
draconis extractus ⁊ fertur ab oriente vbi
sunt dracōes magni. virtus eius efficax sicut lapidis qui
vocaī bozax qñ de dracone extrahī adhuc viuo palpitā
te.isidianī aūt draconib⁹ dozmientib⁹ ⁊ subito icisso ca
pite draconis adhuc palpitāte euellūt lapidē.aīe.n.actus
multa cōfert.his etiaz supfluitatibus q̄ generanī in aīa
lib⁹ ⁊ mozis cozzuptio alterat ea qñ naturali morte cor
ruptis hūozib⁹ mozīunī quādo mortua vel corrupta oc
cisa iacuerut. Ego autē in ptibus alamanie in sueuia.vi
di lapidē sup quē ꝓuenerāt plusq̄.z° serpentes inter mō
tes in quodam prato ⁊ cuz trāsitū faceret ide dñs terre
milites euaginatis gladys sciderūt serpentes in multas
ptes icisus ⁊ sub capite serpentis iuentus est lapis niger
formatus vt pyramis abscissa nō plucidus i circuitu colo
ris palidi.pulcherrimuz habens descriptū serpentem.⁊
hūc lapidē ab vxore eiusdē nobilis mihi presentatū cuz
capite eiusdē serpentis.POSSE.dicitur venena fugare
que fiunt a mozsibus animalium venenatozum victo
res.dicitur etiam efficere.

Lapis.echites.idest lapis aquile.

¶ Capitulum. CCCCXV.

Lapis Eliotropia.fm Albertū.est lapis viridis fe
re smeraldo silis aspersus sāguineis guttis
hunc elitropiam vocant nigromantici ⁊ gēma babilonie
POSSE.si lapis iste vngetur succo herbe eiusdem no
minis ⁊ in vas aque plenum imissus facit sanguineuz so
lem videri sicut si pateretur eclipsim, cuius causa est qz

totã aquã ebulire facit in nebula que ispissando aerẽ impedit solẽ videri sicut qñ ẽ cũ rubore in spissa nube. postmõz aũt ꝺscẽdit rorãdo illa nebula sic ꝑ guttas pluuie. oz aũt ad B q̃ q̃dã carmie sacrat' fit. ⁊ gbusdaz caracterib' mixt'. ⁊ sicut arrepticy ꝓfentes sĩt diuinãdo q̃dã ꝓdicũt. pp qõ tẽploꝝ põtifices illo lapide vtebant maxie i festis ydoloꝝ. ꝺr ãt reddere boies bone fame ⁊ large vite. ⁊ ad fluxũ sanguis ⁊ venena valere. ꝺr aũt q vnct' herba sui nois vt ꝓdiximus fallit visuz ita vt boiem prohibeat videri iuenir aũt pluries in ethiopia cypro ⁊ india.

¶ Capitulum. CCCCXVI.

Lapis Ematbites lati. sanguineus eo q fricatura eius sanguineũ reddit colorẽ: vel qz oi fluxui sanguis competit. gre. litbos cmatitos. ara. sedeneg.

SERA. lib. aggr. ca. sedeneg. auc. Dia. lapis ẽ sanguine' ei' color ẽ silis colori sãguis aut ferrugis ⁊ melioz ẽ ille q cito frãgir cõpatiõe alicui' lapidis q nõ ẽ sedeneg. ſz spes ei' ⁊ q ẽ dur' min' colozis ferrugis eq̃liũ ꝓtiũ mundus a sordib' bñs venas cũ q̃ pictozes lipidãt auꝝ ⁊ argẽtum. Adulterat ãt cũ lapide scisso ſz discernir qz lapis scissus separ i venas rectas ſz nõ ẽ lapis scissus q qñ fricat sup cotẽ egredir ex fricatiõe ei' color bon' ſz sedeneg. ẽ magis tincta ruboze. Et idẽ auc. Hal. sedeneg. qñ fricat sup cotẽ dissoluit ⁊ sapoz ei' ẽ stiptic' ⁊ vt' eius ẽ ꝺsiccatiua ⁊ ĩfrigidat ĩ quãtitate ĩ q̃ ẽ stiptic'. POSSE. SERA. cõuenit aspitati oculi ⁊ palpebraꝝ: ſz qñ aspitas fuerit cum apate cal. hz fricari cũ albuie oui aut ꝺcoctiõe fenugreci. ⁊ qñ fricat sup cotẽ ꝺuenit sputo sanguis iuuamẽto maxlo ⁊ ꝺuenit oib' vlcerib' qñ liniunt cũ eo. Puluis sbtilissim' puluerizat ĩ vlcerib' ⁊ aufert carnẽ supfluã ⁊ ꝺsolidat vlcera oculi ⁊ curat. ⁊ qñ fricat cũ aq̃ i cote sicut diximꝰ ⁊ dat in potu stringit mẽstrua. Et qñ bibit cũ vio antiq̃ stringit ventrẽ. ⁊ fluxũ vesice. Puluis exptus ꝗ imoderatũ fluxũ. ⁊ potissime post purgationẽ fluxus. ℞. lapidis ematbitis. ℥. i. karabe cozalli rubei psily assati ossis de cozde cerui añ. ℥. i. Electuary athanasie. ʒ. i. ꝺistemperetur cum succo plantaginis.

Lapis epistichon. idest lapis turchys.

¶ Capitulum. CCCCXVII

Lapis epistbites. ſz alber. ẽ lapis i mari nat' rutilans ⁊ rubicũdus nascir i cozintho. POS. incantatiõib' ⁊ phisicis ligaturis ꝺr valere ⁊ q gestatus tutũ boiem fuat ⁊ cõpescit a seditiõib' ⁊ cõpescere ẽt ꝺr locustas grãdines tẽpestate volucres nebulas a fructibus terre. Exptũ aũt ẽ q oppositꝰ oculo solis ignẽ ⁊ radios ignis emittit. dicir aũt q hic lapis si i aq̃ feruẽte pycitur cessat ebulitio ei' ⁊ post modicũ frigescit. cã ãt huius alia cẽ nõ posset nisi ꝑ certo qz frigidissim' ẽ ⁊ mot' a calore buliẽtis aque frigiditas sue ꝓplexiõis agere icipit.

Lapis. eracleus. idest lapis magnes.

Lapis. errati'. ẽ lapis marchasita sic dict' qa ex eo tigir

Lapis eratides. idest lapis galactides.

¶ Capitulum. CCCCXVIII.

Lapis etydros ſz alber. ẽ silis i colore cristallo qui ꝑpetuis guttis distillat: ⁊ tñ lapis nõ minorat nec cozũpir. cã in B ꝑfecto ẽ qz ex substãtia lapidis gutte ille nequaq̃ distilãt. ſz pp nimiã frigiditatẽ acrem se tangentem ꝓtinue mutat in aquaz sicut faciũt lapides duri ⁊ politi post resolutionẽ frigozis. B silr ait Enax.

¶ Capitulum. CCCCXIX

Lapis exacolitus fm alber. est lapis varius dissolutiuus vt dicunt piti medicoꝝ. vino permixtus ⁊ potat' valet contra colicam ⁊ yliacam.

¶ Capitulum. CCCCXX.

Lapis Exacõtalitus fm alber. est. 60. colorib' distinctũ parue quãtitatis valde q frequẽti' in libia iuenir ⁊ apud trogoditas ⁊ mouer sepius. pp hoc oculos hominis dicitur efficere tremulos.

¶ Capitulum. CCCCXXI.

Lapis Exebenos ſz Dias. in ꝓpzio cap. albus est ⁊ speciosus quo solẽt aurifices aurũ limpidare. Curat stomatichos potatus cũ passo ⁊ aq̃ silr amẽtes sanat potatus ad venereas voluptates mirifice facit bibitus qz non patitur' diu eos fatigari soluit etiã vesicam dolentem. Nam potatus partum sine egritudine cõseruat ⁊ velocitatem parturientis facit circũligat' femozi.

Lapis. salcanos. idest arsenicum.

Lapis fenic. quid est. l. famechi.

Lapis filatiuus. est eadem gemma que crisolitum ⁊ eiusdem virtutis secundum gemmarios.

Lapis socarius. idest lapis piritis.

Lapis ferugei. ara. feruzegi. i. lapis topacius albani.

¶ Capitulum. CCCCXXII.

Lapis flogmus secundum Plinium in egypto iuenitur aurosum ⁊ flammeum habet colorez Illinitus fronti somnium inducit.

¶ Capitulum. CCCCXXIII.

Lapis frigius fm Dias. tres hz spẽs vna metallica q̃ in cypro nascir ⁊ ꝺ pfundo lacu ascẽdit que est terrosa. ⁊ post hoc sole siccat: postea vo ponir i medio ⁊ circuir sarmẽto ⁊ cõburir vñ difriges dict' ẽ qz i sole sicat ⁊ sarmẽto vt appet i. l. difrigis. altera spẽs ẽ feces eriminis sic silr feces eraminis sic ⁊ B coll igir gustũ habẽs eri vstũ silez. tertia spẽs ꝺficir sic. lapis q ꝺr piritides colligir ⁊ i fornace cõponir ⁊ vt calx cõburir quãdiu colorẽ sanguineũ faciat ⁊ collect' reponir. vtil est vo q gustu stipticus ẽ eris vsti habẽs sapozẽ ⁊ linguã fozti' siccans velut alumẽ. vñ si cõburat ꝑ difriges vendir. Est stipticus serantic' purgatori' lipidatori' castaltic' ⁊ i moduz niuis refrigeratozius. SER A. libzo agg. sunt eius tres spẽs. vna i cipro nascir solũ. ⁊ ei' sbstãtia ex gleba terrea nascir sub petris ⁊ i aq̃: ⁊ in illa ĩsula q̃ postq̃ extrahir de sub aqua desiccat in sole. ⁊ postq̃ adurir desiccat super terrã circũpositis lignis. Species vo alia est fex eris que colligir qñ purgat es. ⁊ B qñ refusuz ẽ es ⁊ pycitur aqua sup ipz donec ifrigidat ⁊ extrahir boti. ⁊ ẽ formula in q̃ pycir ⁊ repitur sub eo hec spẽs ⁊ hz stipticitatẽ eris i sapore suo. tertia vo spẽs fit ex marchasita qñ plurib' diebus cogtur sicut cogtur calx ⁊ qñ fit color eius sicut color magre ⁊ extrahir a fornace ⁊ repõir: ⁊ qdã putãt q fit spẽs quarta ex eo q̃ ẽ ex lapidib' ex gb' trahir es. Nam qñ icidunt i crusibulo. i q̃ iflatur es extrahũtur post lapides repitur ex eo postea satis. Meli' ãt ⁊ electi' ẽ ille in cui' sapore repir sapor eris ⁊ ziniar ⁊ ẽ stipticũ ꝺsiccãs linguã fortiter sic alumẽ. ẽ stiptic' ⁊ cal. paꝝ. POS. DIA. Crescẽtes supflue carnes vulnerib' equat. citatricẽ duẽ fluores vlceꝝ cohibet vulnera maligna ⁊ pascẽtia curat aparta spgit cera ⁊ resina addita oia silr facere potest. Et idẽ auc. Hal. Incarnat ꝺsolidat ⁊ cõfert vlcerib' cozrosiuis ⁊ ꝺuenit spẽb' sgnantie ⁊ vlcerib' ozis postq̃ ablut' est. ⁊ pbibet cursus hũoꝝ veniẽtũ ad aliquod mẽbrum ⁊ ego iã admistraui ipsuz post icisionẽ vsule stati ⁊ vsus sui ipsa vsq̃ ad cõsolidationẽ ⁊ curationẽ: ⁊ conuenit vlcerib' q̃ fiunt i pectine ⁊ ano. Et idem Sera. ego reperi ex ea multũ i spelunca que est extra ciuitatẽ cozdube.

¶ Capitulum. CCCCXXIIII.

Lapis gagacromeon ſz alber. est lapis diuersi colozis sic pell' caprioli. victozes reddit se gestãtes. Exptũ ãt dicũt cẽ ab alcbite pricipe quodã q quotiens hunc lapidez secuz bẽbat semp vicebat i terra ⁊ in mari. quotiens autem caruit fertur boitb' succubuisse.

¶ Capitulum. CCCCXXV.

Lapis. gagates. fm Dias. inuenir in licia circa ripã fluminis q gãges appellat colozis nigri ⁊ ẽ alius palidus ⁊ q̃si lucidus vl' palidus mediocriter leuis valde vt solus sup aquã natãs iter alios lapides inuenir. cuius est melioz q facile exarserit igne ⁊ odozẽ aspalti habẽs medicinẽ aptus ⁊ fm Pliniũ. optimus est q ad lucernã accẽdit. Enax in lapidario suo gagates ⁊ karabe quem gdã dicũt lapidẽ de genere gẽmaꝝ. Ego tñ reputo ipsum esse gũmi agiros ⁊ inuenir in libia ⁊ britãnia. iuxta littus maris ⁊ abundãter inuenir in mari qõ attingit aglonarẽ partẽ theotonie. ⁊ in anglia frequẽter inuenir. ⁊ est duplicis colozis nigrũ. s. ⁊ croceũ ⁊ est plucidũ ⁊ glaucuz ⁊ declinas ad pallidũ est iunctũ cũ citrino colore. Cõfricatũ aũt trahit paleas ⁊ icẽsum ardet sic tb'. POS. DIASCO. ẽ diafozeticus venena excludit emplastris podagricis miscetur. ardet accensus in aqua ⁊ oleo extinguir soluz. aqua solutus dẽtes mobiles ꝺfirmat ⁊ rigozes pzecordioꝝ ⁊ doloꝝ euersiões facit icẽsus serpẽtes fugat. epilẽticos pdyt. incendir ⁊ in aq̃ mittir ⁊ ꝑ triduũ de eadez aqua dat parturiẽti ⁊ liberat. demonys ⁊ oib' maleficys resistit virginitatẽ deprehẽdit fictilia ex eo vasa scripta nõ delent. mulierib' si desint menstrua hũc lapidez tere ⁊ pone sup carbones ardẽtes vt iterũ euapozet cirũtecta pãnis ⁊ purgabir sine noxia a dolore. Sed sciẽdũ q Dias. hũc lapidẽ vocat quoniã apparet vt lapis ⁊ ideo dicit est vt gẽma vnde anuli fiũt. ſz in littera agiros dicit q est lachrymuz agiros i. populi arbozis. Enax ꝺuenit hydropicis ⁊ fluuidis ⁊ cõfirmat dentes vt aiunt. de expertis autẽ est q lotus aqua ꝑfumigationib' inferius suppositus ꝑuocat mẽstrua. fertur etiã q fugat serpẽtes ⁊ valet cõtra ventris ⁊ stomachi subuersionẽ ⁊ ꝺtra fantasmata melancolica que quidam demones vocant. Aiunt aũt de exptis q si colatura ⁊ lotura eius cũ rasura deꝰ virgini bibere q retinebit eã ⁊ nõ minget. si autẽ nõ est virgo statim mingit. ⁊ sic dicũt ꝑbari an aliq̃ sit vgo. dicũt etiã valde valere ꝗ laborẽ ꝑturiẽtis. Si vis scire latius generationẽ isti' lapidis. l. Electrũ.

Lapis galãctides. i. lapis lacteus.

¶ Capitulum. CCCCXXVI.

Lapis galactides. ſz Dia. colore ẽ cinere' lacte' gustu dulcis q tritus lacteũ colorẽ emittit. Alber. ẽ silis cineri ⁊ fm plurimũ inuestir in nilo ⁊ achelooo flumine. hic tritus dat saporẽ lactis ⁊ succum ⁊ in ore clausus turbat mentẽ dicir etiã in de ligaturis phisicis q ligatus in collo replet vbera lacte. ⁊ alligatus femozi mulieris facit partus faciles. Aiunt etiã pastozes egipty q si vespere ꝺtusus cũ sale mixta aqua oues circũspergant replẽtur vbera eaꝝ lacte ⁊ sugat ab eis scabies ⁊ generaliter dicir ꝺtra scabiẽ valere. DIA. hic post balneũ ieiuno datus cũ musa vel aqua lactis copiam ministrat. vel ex ouis grauidate lana filo facto ⁊ ptussato lapide circa collũ ligatur. letheus dicir qz precedẽtia mala i oblionẽ adducit ⁊ gratiosum reddit resistit iniurie ⁊ fasino dolorez liberat dentiũ circũligatus. q si mulieri difficulter parturiẽti filo facto de lana ouis fecũde ligat' fuerit circa femur dextrũ ꝺtinuo pariet sine dolore. quia obliuisci facit. dicir ẽt q tenaꝝ est. nã in iudicio litigãtes vincere facit.

¶ Capitulum. CCCCXXVII.

